C.1.AA.9

LVIII
E
23

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LVIII
E
23
NAPOLI

Digitized by Google

INSCRIPTIONES
ANTIQVAE
DONIANAE

IO. BAPTISTAE DONII

PATRICII FLORENTINI

INSCRIPTIONES ANTIQVAE

NVNC PRIMVM EDITAE

NOTISQVE ILLVSTRATAE ET XXVI. INDICIBVS AVCTAE

AB

ANTONIO FRANCISCO GORIO

PVBLICO HISTORIARVM PROFESSORE

ACCEDVNT

DEORVM ARAE TABVLIS AEREIS INCISAE

CVM OBSERVATIONIBVS

B. F. NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

FLORENTIAE . ANNO CIↃ. IↃ. CC. XXXI.

EX REGIA TYPOGRAPHIA MAGNI DVCIS ETRVRIAE

Per Io. Caietanum Tartinium & Sanctem Franchium.



FERRANTI CAPPONIO

PATRICIO FLORENTINO

SENATORI AMPLISSIMO

COMITI ET EQVITI SPLENDIDISSIMO

ANTONIVS FRANCISCVS GORIVS S. P. F.

Onſpicuam, ac perelegantem frontem, Pindari monitu, facturus, FERRANTES CAPPONI *Nobiliſſime, & Praeſtantiſsime, huic Operi, quod continet perinſigne* INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM *maxima ex parte ineditarum Syntagma, quo ornatius in lucem prodeat, non alio nomine quam tuo praeclariſſimo nobilitari,*

tari, atque exſplendeſcere volui. Spero enim me tuo favore, ac patrocinio doctis viris gratiorem, atque acceptiorem fore. Compertum ſiquidem eſt non apud Florentinos cives ſolum, qui te quotidie in hac luce ſuſpiciunt, atque admirantur, verum etiam apud exteras nationes, quas adiiſti, ac praeſertim in Vrbe omnium principe Roma, quae Te non ut hoſpitem, ſed tamquam civem optimum omni laude, atque honore ſuperioribus annis proſecuta eſt, veteris magnificentiae, omniumque ſplendidiorum antiquitatum, quae in ea conſpiciuntur, Te probe conſultum eſſe; principibus Viris valde carum, cum primis vero CLEMENTI XII. *Pontifici Optimo Maximo, qui nonniſi ſummos homines, omnique virtutum genere praeſtantes familiari atque intimo colloquio ſuo donare conſuevit. Nemo eſt tuarum virtutum aeſtimator, qui ignoret quam praeclarae ſint tui ingenii atque animi dotes; quam eximia in Deum pietas, quam flagrantiſſimum de omnibus optime merendi ſtudium, quam maturum in rebus agendis tuum conſilium; quanta mentis vis, ac perſpicacia, quanta honeſtate, & integritate praediti mores; quam ſingularis otii, & imperitorum virorum, qui luxu, & otio marcentes rei publicae ſibique inutiles ſunt inſectatio, & odium; maiorum tuorum clariſſimo exemplo, quorum nomina omni aevo colenda* GINOS, NEREVM, PETRVM, NICOLAVM, LVDOVICOS, VINCENTIVM, & FERRANTEM *memoraſſe ſolum ſufficiat, ut ipſa virtus menti ſtatim occurrat. Neque vero ſilentio praetereunda eſt propenſa illa tua in fovendis ornandiſque eruditis viris*

ris voluntas, quos domi tuae libentiſſime excipis, omnique humanitate, & officio ubique devincis. Quam multa Minerva pleni cum his conlati ſermones ſui, quanta cum iucunditate ea audiuntur quae legiſti, vel quae praeclare facta obſervaſti, quum memoria excelleas ſingulari, Hiſtoriarumque cognitione probe ſis excultus! Nec vereor fore quemquam qui de his dubitet, quum viginti annorum ſpatio Te intime noverim, mihique iam Te dignos filios tuos Camillum, & Ferdinandum Carolum inſtituendos dederis. Iam vero in Magiſtratuum Florentinorum muneribus & quidem difficilioribus obeundis quanta uſus ſis in omnes humanitate, ac miti facilitate, nemine de te ullo umquam tempore conquerente, quae laus tua eſt maxime ſingularis; quanta praecelleris in arduis difficultatibus hauriendis conſtantia, cura, & diligentia, in qua neminem Tibi aequari poſſe omnes ſentiunt; quanta denique in Principes noſtros fide, vix ego pluribus dici teſtarique poſſe ſperem. Illud indicare geſtio in eo Magiſtratu ampliſſimo, cui hoc tempore praees, Te exornaſſe Tabularium, bonis & ſtirpibus omnium civium Florentinorum facile declarandis, reperiundiſque valde inſigne, ac publico commodo opportunum; digeſtis accurato ordine, quae antea incompoſitae iacuerant, priſcis Tabulis. Neque etiam illuſtrius, & luculentius ad tuam virtutem declarandam afferri poteſt teſtimonium quam Te valde placuiſſe PRINCIPIBVS *Mediceae Auguſtae Domus; quod quidem nuper aperte oſtendit ſuprema voluntas*

SERE-

SERENISSIMAE VIOLANTIS BEATRICIS *Vindelicorum, & Etruriae Principis Celsissimae, quam nuper immaturo interitu ereptam nemo est qui summo maerore non doleat, quae Te unum ex praestantissimis Quatuorviris delegit earum omnium rerum Curatorem, quas testamento reliquit. Accipe igitur animo lubentissimo, atque ea qua soles humanitate hos meos labores, tuoque praesidio tuere; ita enim fidem meam apud te libero, qui me auctum tuis beneficiis ad optimas artes colendas exemplo tuo inflammasti. Munusculum hoc haud est tuo ingenio tuaque mente, qua tanti facis vetustatem ipsam, prorsus indignum. Interim, quod votis omnibus precor a Deo Optimo Maximo, bonorum omnium largitore, diu vive Tibi, tuae gloriae, ac nostrae patriae, optimis denique artibus ingens decus, & ornamentum,*

FLORENTIAE XVIII. KAL. SEPTEMBRIS
A. CIↃ. IↃ. CC. XXXI.

PRAE-

Ex Sarcoph. in Hortis Nobb. de Carpineis, Via Aurelia.

PRAEFATIO

ANTONII FRANCISCI GORII.

REcte, ac ſapienter inſtitutum eſt ut qui vel ſuos, vel aliorum labores optatam in lucem proferunt, in ipſo libri limine perſpicuo ordine ea omnia exponant, quae a viris doctis maxime ſciri cupiunt. Hunc igitur morem accurate ſervaturus, primum de auctore huius Operis, deinde de eius titulo, ac de inſignibus antiquis monumentis, quae continet; poſtremum de meo labore, & Notis, deque XXVI. Indicibus a me concinnatis, ea qua decet brevitate, & ingenuitate dicam.

Harum itaque omnium INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM, quae nunc primum publici iuris fiunt, eximius parens, & conquiſitor fuit IOANNES BABPTISTA DONIVS Patricius Florentinus, generis claritate, doctrinae atque eruditionis praeſtantia litteratorum reipublicae notiſſimus, ac fama nominis celeberrimus. Praeclarum hoc inſcriptorum lapidum Syntagma Florentiae incepit; deinde peragratis Italiae, Galliae, & Hiſpaniae provinciis nobiliſſimis, tandem Romae compluribus annis degens, eximiis ornatus muneribus, caruſque cumprimis ſummo eius temporis litteratorum virorum Maecenati, Franciſco Barberino Se-

niori,

niori, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali amplissimo, & Urbano VIII Summo Pontifici, purpureoque Senatui, cuius a Secretis fuit, immenso propemodum labore, utcumque potuit, subsecivis horis, vacuus vel Romanae Aulae negotiis, vel curis Principum Barberinorum, in quorum clientela fuit, illud mirifice auxit, absolvit, atque ad eam molem perduxit ut iam supra sex millia inscriptorum marmorum tum Ethnicorum, tum veterum Christianorum, quae adhuc incognita erant iis qui has illustres vetustatis opes congesserant, in promptu haberet quae litterato orbi donaret. Verum de huiusce aerumnosissimi Operis editione sedulo cogitantem, (qua quidem magno illi Antiquitatis numini ac tutelae Grutero vel par, vel comes fuisset) mors immaturo interitu rapuit, nimirum quinquagesimo tertio aetatis anno, summo Musarum doctorumque eius aetatis hominum maerore.

Vitam eiusdem Donii in patrio Florentino Athenaeo Graecarum litterarum Professoris egregii conscribere in votis mihi fuit, & hoc in loco praemittere; verum abstinere fuit necesse, quum in tantam molem hoc volumen sensim veniisset. Quare id quod faciendum modo fuerat, alio in loco me facturum recipio, quum alia quae inedita sunt eiusdem Donii illustria ingenii monumenta in lucem Deo favente proferam. Pro vita tam insignis Oratoris, Poetae, Philologi, veteris, recentiorisque Musices consultissimi viri, studii vero Antiquitatis locupletatoris maximi, spirantem vultum nunc primum exhibeo litteratorum reipublicae, quem ex autographo, ut videtur, eximii Pictoris Justi Subtermanni egregie delineavit adfinis meus Joannes Dominicus Ferrettius Pictor Florentinus, & diligenter aeri incidit Vincentius Franceschinius Calchographus Romanus.

Sed de laboribus curisque a Donio exantlatis in hac tam immensa Inscriptionum farragine conquirenda, exscribenda, & in Classes digerenda, ut antea proposui, verba facturus, nemo ipso Donio melius accuratiusque differere potest; quare eum praestat audire, qui in quodam Opusculo, quod ita inscripsit; *Idea, sive Designatio aliquot Operum, quae Joannes Baptista Donius partim absolvit, partim incepit;* atque in hunc finem confecit ut amicorum super unaquaque re sententiam, & consilium exploraret, ita ait:

„ Secundo loco mentio mihi facienda est Antiqva-
„ rvm Inscriptionvm, cuius luculentam *συναγωγὴν* hucusque con-

„ confeci, ut ea non immerito Theſaurus quidam, quem-
„ admodum ille Gruteri, appellari poſſit; cuius fere me-
„ thodum, ac diſtributionem ſequetur; nec illi fortaſſe
„ intra breve tempus magnitudine cedet: praeſertim ſi
„ huius rei fama divulgetur, ut magnopere vellem; quo
„ libentius cuncti, quos conſervandae Antiquitatis, augen-
„ daeque rei litterariae cura tangit, Inſcriptiones nuper
„ repertas, aut quoquo modo Grutero minime viſas, ad
„ me traſmitterent. Earum ad hanc diem ſex millia am-
„ plius collegi; omniaque in ſatis magnum volumen mea
„ manu ſub certis capitibus digeſſi, ac deſcripſi literis Ro-
„ manis ſive maiuſculis, & quam proxime ad ipſorum la-
„ pidum ſpeciem, in orthographia, fracturiſque ſervata ſimi-
„ litudine. Singulis etiam titulos locorum, dominorumque
„ nomina, apud quos quaeque reperiuntur ſuperpoſui; ad-
„ notavi etiam obiter; ſi quae illis adiuncta occurrebant,
„ minime ſilentio praetereunda; puta in Oppidorum, quo-
„ rum ſitus hodie ignoratur, nominibus, ac reliquiis, ſcal-
„ pturiſque iconum, quae in ſepulchris ſaepe reperiuntur.
„ Si quam tamen ex his anaglypticis ſcalpturis paullo plus
„ eruditionis continentem animadverti, puta vas, aut habi-
„ tum aliquem rariorem, eum fere, ſi pictor ad manus eſ-
„ ſet, depingendum curavi. Singulis etiam nomina illorum
„ qui unamquamque deſcripſerunt, vel eius exemplar mihi
„ tradiderunt, ſubieci. Initio autem operis in tribus diver-
„ ſis Indicibus, primo librorum Manuſcriptorum, (quorum
„ permultos, & copioſiſſimos, Aldique Manutii Iunioris au-
„ tographos Bibliotheca Vaticana ſuppeditavit) ſecundo
„ impreſſorum; tertio amicorum, qui ſymbolas aliquas huic
„ operi contulerunt, nomina perſcripſi. In his Inſcriptio-
„ nibus complures reperiuntur valde prolixae, nonnullae
„ etiam carminibus conceptae, ac multae plane ſingulares,
„ quae nec apud Gruterum ipſum occurrunt; ut nomina
„ Deorum, Magiſtratuum, Officiorum, & alia nondum au-
„ dita. Erit heic etiam proprium caput Inſcriptionum Bar-
„ baricarum, aut Peregrinarum; quo in genere nonnullas
„ habemus litteris nondum impreſſis, aut vulgatis; ſed ta-
„ men genuinis, & ſine dubio olim uſurpatis, exaratas:
„ quae etſi fere hodie minime intelliguntur, utilitate ta-
„ men ſua non carent; nam praeterquamquod iis antiqua-
„ ria ſupellex augetur, uſum etiam praeſtant ad eos re-
„ darguendos qui Alphabeta apud varios populos olim uſi-

„ tata, perperam, & ex ingenio potius comminiſcuntur,
„ quam pro ut revera fuerint exhibent. In aliud etiam ca-
„ put ſeorſim referam, quae non in lapidibus, aereiſve ta-
„ bulis, ſed aliis in rebus multifariam inciſa ſunt; nempe
„ in tegulis, lamellis, ſphragiſteriis, vaſis, & ſimilibus.
„ Atque haec de Inſcriptionibus. Auctarii loco in eodem
„ volumine dabo, quemadmodum Gruterus in Notis illis
„ veteribus praeſtitit, manipulum aliquot vetuſtiſſimorum
„ Inſtrumentorum, hoc eſt Chartarum, quorum pleraque
„ antiqua papyro (quam hodie corticem arboris vocant)
„ concepta ſunt; & ob nimiam vetuſtatem multis in locis
„ corroſa, & mutilata, meritoque propter eorum rarita-
„ tem a poſſeſſoribus magni fiunt: quorum magnam partem
„ Bibliothecae Vaticanae acceptam ferimus; ubi eorum
„ exemplaria ab Jacobo Grimaldio Baſilicae D. Petri Cleri-
„ co (qui mire fuit ad huiuſmodi chartas δυσαναγνώστους intel-
„ ligendas a natura factus) Paulli V. P. M. iuſſu ſummo
„ cum labore deſcripta (litteris enim conſtant plane per-
„ verſis, & omnia potius quam Romanas priſcas referenti-
„ bus) aſſervantur. Sed notabile in primis eſt illud, cuius
„ apographum membranaceum ſatis antiquum in Archivo
„ Arcis Aeliae conditum eſt, Leonis I. Imperatoris tem-
„ pore confectum: continet enim donationem quamdam
„ factam Eccleſiae Tiburtinae cum plurimis ſacrae ſupelle-
„ ctilis vocabulis, plurimiſque veſtium nomenclaturis, quae
„ Anaſtaſio Bibliothecario multum lucis afferre poſſunt:
„ quamquam multas etiam continet propriarum rerum ap-
„ pellationes, quae nec apud Anaſtaſium, nec apud ullum
„ alium auctorem reperiuntur. In eadem Arce alia quaedam
„ huius generis privata inſtrumenta in vera papyro exarata
„ exſtare audio. Aliud etiam ſimile, ſed mutilum in Biblio-
„ theca Regis Galliae vidi, a Caſaubono deſcriptum, quod
„ a Lipſio, Salmaſioque laudatur: continet tranſactionem
„ Ravennae factam Imperante Iuſtino Auguſto, cum multis
„ domeſticae ſupellectilis vocabulis. Ravennae etiam fini-
„ timiſque locis; & circa eadem tempora confecta noſcun-
„ tur (quod notandum eſt) pleraque illa Vaticanae Biblio-
„ thecae. Alia etiam ſimilia fragmenta in Bibliotheca Hiſ-
„ panica S. Laurentii conſpexi, quorum apographum exſta-
„ re non puto. Alia Florentiae vidi apud Vaſarios: alia
„ hic Romae apud Franciſcum Gualdum, utraque inter
„ Muſei cimelia non minimum locum obtinentia. Neapoli

„ prae-

„ praeterea in Tabulario ſeu Archivo Nuntiatae aliud ſimi-
„ le inſtrumentum exſtare comperi: aliud etiam in Charto-
„ phylacio Eccleſiae Arretinae; quorum omnium mihi ſpes
„ facta eſt; immo & aliorum, de quibus non uſque adeo
„ quidquam certi compertum habeo. Aliud etiam huius
„ generis integrum eximiumque commemorat Pighius in
„ Hercule Prodicio, quod Ferrariae ſibi viſum teſtatur,
„ continens venditionem fundi cuiuſdam cum deſignatis
„ manſoribus, eorumque peculio, finibus, terminis, limiti-
„ buſque ſuis omnibus; & cum omni generaliter iure, in-
„ ſtructorum, inſtrumentoque ſuo Maciniis emptoribus per
„ aes, & libram factam; ex quo vetuſtae iuris Civilis, &
„ Latinitatis formulae depromi poterant. Hoc tamen pe-
„ riiſſe puto: certe nec Ferrariae, nec Mutinae, (quo Du-
„ cis domeſticum inſtrumentum recepta Ferraria adeo tu-
„ multuoſe tranſlatum fuit, ut multa deperdita ſint) quan-
„ tum perveſtigando reſcire potui, iam reperitur: ut ſu-
„ ſpicari liceat perinde illi accidiſſe, quod ſimilibus qui-
„ buſdam antiquiſſimis Boiſſardi chartis, bellis Galliae civi-
„ libus, evenit, quas cum libris vetuſtis, nummis, gemmis,
„ ſcalpturarumque imaginibus in ipſa Peloponneſo depictis,
„ aliiſque pretioſiſſimis rebus ſubita direptione ſibi periiſſe
„ ipſemet in Praefatione ſuarum Antiquitatum conqueri-
„ tur: quas ſubinde, aliaſque humanorum caſuum varieta-
„ tes reputantes, qui eiuſmodi Antiquitatis reliquias penes
„ ſe habent, cogitare debent, praeſtare, ut eorum peren-
„ nitati typis conſulatur, quam ſi ea occulant, pluere, ti-
„ neiſque, ac fortaſſe incendiis, aut direptionibus peritura.

„ Exorſus ſum hoc opus Florentiae ex iis paucis quae
„ ibidem exſtant monumentis, certus continuandi cumpri-
„ mum Romam veniſſem: ubi cum peculiari Dei beneficio
„ Palatinae militiae deſerviam, atque ob eam rem, & vi-
„ ros politiores doctioreſque noſcendi, quaeque in priva-
„ torum domibus, hortiſque latitant, Inſcriptiones facilius
„ conſequendi quaedam mihi facilitas ſuppetat, deeſſe me
„ rei litterariae putarem, niſi partem aliquam ſubſecivi
„ temporis (meliorem enim & potiorem Illuſtriſſimi Do-
„ mini mei miniſterio libentiſſime ſemper dedicavi) huic
„ Syntagmati dependerem.

Peraccurate, ac ſane fuſius deſcripſit Donius hoc opus ſuum in epiſtola ad doctiſſimum Virum Gaſparem Scioppium, quam Romae ſcripſit Kal. Iulii, anno MDCXXVIII. in qua

(ut

(ut de aliis taceam epiſtolis ad litteratos viros, in quibus eadem exponit) ſe nimia veterum Inſcriptionum copia obrui teſtatur, & in deſcribendis conferendiſque ſingulis cum Indicibus Scaligerianis Grutero additis, ut ineditas dumtaxat deligeret, iiſdemque ordinandis, immenſo propemodum opprimi labore fatetur; praeſertim quum eſſet conſtitutione ipſa corporis valde gracilis, & delicatus, atque ob id laboris impatientiſſimus; praeter alia naturalia incommoda, quae in eadem epiſtola deſcribit.

Pervulgata igitur ubique fama huius inſignis operis, difficile dictu eſt quanto plauſu, quantiſque laudibus Donium auctorem adfecerint viri docti, eidem arctiſſima familiaritate coniuncti, atque ad evulgandum quantocyus hortati ſint, opemque ſuam ob id ſpoponderint; ut mihi compertum eſt ex epiſtolis eorumdem autographis, quas nunc etiam dum haec ſcribo multa cum voluptate evoluo: inter quos honoris cauſa recenſendi ſunt viri omnigena eruditione, famaeque claritate praeſtantiores Hugo Grotius, Cl. Salmaſius, Io. Fridericus Gronovius, Daniel, & Nicolaus Heinſius, qui ſe eius editionem, ſi vellet, libenter cutaturum ſpopondit in epiſtola ſcripta Id. Ian. anno MDC XLVII. Alexander Pollinius, Alexander Victorius, Antonius Sanderus, Baltaſar Moretus, Baptiſta Saccus, Eques Caſſianus a Puteo, Chriſtophorus Adamus Rupertus, Claudius Menetrerius, Edmundus Merillus, Erycius Puteanus, Gaſpar Scioppius, Gerardus Ioannes Voſſius, Gabriel Naudaeus, Iſaacus Voſſius, Dionyſius Petavius, Fronto Ducaeus, Iacobus Sirmondus, Vigerius, Hieronymus Petruccius, Henricus Dormalius Societatis Ieſu Presbyteri, Ioannes Albertus Bannius, Ioannes Rhodius, Iulius Caeſar Bulengerus, Ioannes Bourdelotius, Lucas Torrius, Laurentius Pignorius, Ludovicus Nonnius, Marinus Merſennus, Nicolaus Rigaltius, Nicolaus Fabricius Perieſcius, Octavius Ferrarius, Renatus Moraeus, Thomas Denipſterus, Thomas Rigelius, Vincentius Marinerius: quibus ſi vis & noſtros addere poteris, Michaëlem Angelum Bonarrotium iuniorem, Franciſcum Stufani, Ioannem Baptiſtam Rondinellium, Benedictum Florettum, Paganinum Gaudentium, Ioannem Baptiſtam, & Petrum Strozios; quae quidem amicorum Donii nomina, (at & quae, & quanta Deus bone!) in laudem & adprobationem Doniani operis attuliſſe etſi ſufficere poſſit, alia tamen ſuperſunt, & quidem celeberri-

ma,

ma, cumprimis doctiſſimi omnium qui antiqua inſcripta monumenta illuſtrarunt, Thomae Reineſii, qui forſitan ad hoc Syntagma Donianum digitum intendens in Claſſe v. n. XIX optat *ut aliquando Itali ſuos antiquarum Inſcriptionum theſauros aperiant*. Complures veteres Inſcriptiones Donius communicavit Reineſio, quamadmodum ipſe in Praefatione, & fere in ſingulis Claſſibus infra inſcriptionem teſtatur. Non paucas quoque dono dedit eruditiſſimo Iacobo Philippo Tomaſinio, quas ipſe edidit in ſingulari libro de Donariis, ac Tabellis Votivis, eiuſdemque Collectanearum ſumma cum laude meminit. (1) Perhonorifice etiam egit cum Donio noſtro vir ſumma eruditione celeberrimus Leo Allatius, (2) qui tum de Syntagmate antiquarum Inſcriptionum, tum de aliis, non tamen omnibus Donii vel editis vel ineditis operibus multa cum laude mentionem fecit. His addendus eruditione, & immortalitate nominis ornatiſſimus Ioannes Albertus Fabricius, qui huius inſignis Doniani Auctarii Gruteriano Theſauro meminit in Bibliotheca Latina; [3] qui ſi hac tempeſtate viveret ſummopere, ut arbitror, laetaretur publica luce, quod ipſe flagrantiſſimis votis optabat, in lucem tandem meo labore prolatum fuiſſe.

Fontes ex quibus tam ingentem Inſcriptionum copiam hauſit Donius enumeratos habes in duplici Indice inferius pag. 564. prolato, quorum primus indicat manu conſcriptos Codices; alter vero editos libros, & quidem magna ex parte perraros, ex quibus antiqua inſcripta ſaxa conquiſivit. Plurima longe ſunt quae ipſe Donius vidit, & exſcripſit, vel etiam ope Amanuenſis, cuius tamen apographa cum autographis ſe contuliſſe teſtatur. Pictorem praeterea multo impendio ad voluntatem ſuam habuit, qui ad exornandum hoc opus rariora omnia monumenta, aedificia, anaglypha, ſarcophagos, & Deorum aras accurate delineavit; e quorum numero complura ſelegi, & aereis Tabulis incidenda curavi, ac ſuis locis inſerui, ut ipſe Donius faciendum ſibi propoſuerat, ſi edidiſſet. His omnibus antiquis monumentis non pauca nuper Romae reperta addere non abs re mihi viſum eſt, quod multa eruditionis fruge ſint referta, quae delineata a Nobili Viro Hieronymo Odam Equite, antiquitatum omnium ab interitu vindice eximio, perhumani-

[1] Cap. XII. pag. 97. & Cap. XXXIII. pag. 185. & 188.
[2] In Libro, qui inſcribitur *Apes Urbanae, ſeu de Viris Illuſtribus* pag. 149.
[3] Lib. VI. cap V. pag. 759. 760.

maniter communicata mihi fuere a V. C. Franciſco Victorio Patricio Florentino, Equite D. Stephani, qui aſſidua cura his tam praeclaris vetuſtatis opibus meas lucubrationes frequenter illuſtrare, ac locupletare animo lubens ſatagit. Omnia haec addita monumenta meis obſervationibus illuſtrata paullo inferius exhibeo.

Neque vero indicatis praeſtantiſſimi Donii laboribus, & diligentia in deſcribendis antiquis inſcriptis Tabulis, vel etiam in conquirendis iiſdem ex manuſcriptis Codicibus, atque ex editis libris rariſſimis ſilentio praetereunda ſunt nomina illorum virorum, qui ei ingentem Inſcriptionum antiquarum numerum ab ſe deſcriptarum largiti ſunt; quae etſi ſingulis inſcriptionibus ſubiecerim, tamen omnia ob oculos in aciem ponenda ac recenſenda heic eſſe operae pretium duxi. Primas igitur qui tenent hi ſunt Alexander Donius eiuſdem Ioannis Baptiſtae frater, Eques Caſſianus a Puteo, Claudius Menetrerius, David Calvillus, Ferdinandus Ughellius Monachus Ciſtercienſis, Franciſcus Maria Turrigius Magiſter Clericorum Baſilicae D. Petri, Comes Gabriel Caſtellius, Gabriel Naudaeus, Hieronymus Aleander, Ioannes Iacobus Buccardus, Ioannes Petrus Stephanonius, Ioannes Franciſcus Angelonius, Iſaacus Voſſius, Lucas Holſtenius, Laelius Paſchalinus, Michael Angelus Bonarrotius, Martius Mileſius, Nicolaus Alemannius, Paulus Mancinus, Petrus Othobonus, Pompeius Garilianus Capuanus, Torquatus Perottus, aliique plures.

Sciendum tamen illud eſt Donium, Gruteri exemplo, ſola antiquorum lapidum deſcriptione accurata contentum fuiſſe, nullas vero Notas, aut eruditas Obſervationes iiſdem addidiſſe. Indicem purorum putorumque nominium tam Virorum quam Feminarum ex primo verſu cuiuslibet lapidis contexuit, hanc praecipue ob cauſam ut nova inſcriptione reperta facile videret an eam alias deſcripſiſſet, ac proinde ne rurſus eam exſcribere, ſi exſcripta fuiſſet, cogeretur. Verum hic Index nulla in re mihi profuit; neque eo uti potui, utpote inconcinno, atque imperfecto.

Ne latum tamen unguem ego diſceſſi a Donii mente circa ordinem, & diſtributionem Claſſium; ſolas tamen conſulto praetermiſi Inſcriptiones Barbaras, ut ipſe ait, & Peregrinas; inter quas non exiguus fuit numerus Etruſcarum, quae quum iam editae fuerint, nullam in his operam meam collocandam eſſe probe novi. Tabulas vero

papy-

papyraceas, quas idem Donius primus omnium hac illac dispersas sedulo conquisivit, easque omnes evulgare in suo Syntagmate cogitavit, quod antea nondum ab aliis factum fuerat, tanta huius generis monumentorum copia, nullo modo praetermittendas esse duxi; de quibus paullo inferius dicam.

Tam eximium certe decus, quod Donius patriae suae reique publicae litterarum adlaturus erat editione tam ingentis Thesauri Inscriptionum antiquarum; tantamque insignium monumentorum iacturam reparare postmodum studuit vir omnigena eruditione excultissimus CAROLVS DATVS Patricius Florentinus; qui bono studiosorum antiquitatis has Donii partes suscepit, eiusque loculpletissimum veterum lapidum Syntagma, cum ipso Gruteriano Thesauro comparandum, in lucem proferre in votis habuit, ac se propediem facturum promisit. Qua de re, quasi iam in promptu esset huiusmodi Opus, titulum, quem inferius exhibeo pag. 561. descripsit, & regii nominis auspicia, quibus has Donianas Inscriptiones ornaret, ostendit, nimirum omnium saeculorum commendatione dignissimae CHRISTINAE Suecorum Reginae Augustae.

Notas quoque, & Indices xxx. se confeciſſe eo in titulo adfirmavit. Indices numquam vidi; Notas vero, quas concinnavit, inferius adfero pag. 561. ut de Dati voluntate, bonoque animo constet. Dies diem quum trudat, Datus Doniani Syntagmatis editionem diutius differens, & ipse immaturo interitu functus est.

Elapsis iam a Donii obitu annis octoginta & amplius, mortuo etiam eius filio Francisco Donio, mecum ipse cogitare coepi quonam modo tam celebre Opus videre possem; egique cum viro integerrimo, ac praestantissimo Petro Andrea Andreinio Patricio Florentino, qui mea studia meosque labores favore suo strenue semper prosecutus est; (quo viro providentissimo superstite nihil nisi ex consilio eius facere umquam volui), ut ipse ea qua valebat auctoritate, de republica litterarum, deque me tam praeclare mereretur, & ut tantus thesaurus in meas manus veniret a Donii heredibus impetraret. Actutum Andreinius ab iisdem impetravit ut mihi tantae opes communicarentur, quas nunc in medium adfero.

Reliquum igitur nunc est ut de meis laboribus in hoc singulari Volumine exornando paucis dicam. Statim ac-

vidi immenſam illam veterum Inſcriptionum molem, dolui ab aliis maxima ex parte iam occupatam tam inſignem ſpartam; ipſumque Donium, qui poſt Gruterum primum ſibi vindicaverat locum, poſtremum occupaturum. Nam tanto temporis intervallo viri de antiquitate optime meriti ingentem numerum Inſcriptionum, quas Donius congeſſerat, evulgarunt; inter quos ſumma cum laude memorandi ſunt Thomas Reineſius, Iacobus Sponius, & Raphaël Fabrettus. Statim igitur probe intellexi maximum intolerandumque laborem mihi exhauriendum eſſe, nulliſque vigiliis parcendum ſi vellem ineditas tantum, quae ſuperfuerant, Inſcriptiones in Doniano Theſauro expiſcari; conferendas ſingulas cum Gruteriano, & Reineſiano Indice; novum Sponio & Fabretto Indicem, qui eo carent, improbo labore conficiendum. Haec tamen omnia divino favente praeſidio animo lubens confeci, ac devoravi. Ex ſex & amplius Inſcriptionum antiquarum millibus, ab eodem Donio collectis, bis circiter mille Grutero, Reineſio, Sponio, & Fabretto incognitas ſelegi, atque exſcripſi; quas nunc primum, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit mihi, in publicam lucem mitto, doctiſque viris quaſi bellaria quaedam in lautiſſimis menſis relicta exhibeo. Inter has rurſus eas quoque in lucem cenſui proferendas, quas multis mendis inquinatas iidem claſſici auctores tradidere; quae tamen reſpectu ineditarum perpaucae ſunt. Illas quoque non raro adiunxi, quae apud Fabrettum adferuntur non indicato loco, ubi exſtent, vel ubi erutae fuerint; quod ille frequentiſſime facit. Huic praeclaro viro gratulor fortunam propitio numine arriſiſſe, cui maxima ex parte Inſcriptiones a Donio in Schedis deſcriptas invenire feliciter contigit, & ineditas primum proferre. Nam eas omnes Inſcriptiones, quas ipſe profert ex Schedis Barberinis, certo mihi conſtat illas fuiſſe quas Donius exſcripſit, atque in Bibliotheca Principum Barberinorum reliquit: doleo tamen ipſum ne ullum quidem verbum de tam praeclaro Donii opere feciſſe, quod ei erat probe perſpectum: doleo, nulla cum laude eiuſdem Donii, Inſcriptiones illas attuliſſe, quas Donius primus omnium vulgavit in eruditiſſimo ſuo Opere *De reſtituenda ſalubritate agri Romani*, quod ipſe ignorare non poterat, & primo eius editori nullam referre gratiam voluit. Eas inferius habes deſcriptas pag. 119. Claſſis III. Sed quod ingens numerus Inſcriptionum Donianarum exſtiterit in Biblio-

bliotheca Barberina, atque ex ipſis poſtmodum longe plurimas in meſſem ſuam Fabrettus congeſſerit, habeo teſtimonium praeſtantiſſimi viri adhuc ſuperſtitis, qui Romae dum verſaretur, Fabretto valde familiaris fuit, ejuſque ſtudiis ope ſua quam maxime favit; habeo etiam auctoritatem eruditiſſimi Praeſulis Vaſionenſis Ioſephi Suareſii; qui in epiſtola, quam ſcripſit Carolo Strozzae Senatori Florentino, viro graviſſimo, omniſque antiquitatis conſultiſſimo, Nonis Ianuariis, anno MDCLVI. quae cum aliis pluribus tum eiuſdem Suareſii, tum aliorum doctorum hominum exſtat in eius locupletiſſima Bibliotheca in manuſcripto Cod. MXLVI. in Pluteo M. ab eo ſcire potiſſimum cupit quid de Doniano Syntagmate Florentiae agatur; atque, ut in alia eius epiſtola legitur, an Carolus Datus, ut promiſerat, prelo iam illud commiſerit: cuius operis ſe vidiſſe teſtatur in Bibliotheca Barberina complures Schedas cum his titulis, quos enumerat; nimirum *Monumenta Heredum, Gentilium, Propinquorum; Adfectus Dominorum, Patronorum, & Servorum; Libertorum, Coniugum, Chriſtianorum; Singularia ab incertis; mutila, ſuſpecta, diverſa, Teſſerarum eburnearum, Gemmarum, &c.* Quod igitur Fabretti opus Inſcriptionum antiquarum, quod Romae edidit anno MDCCII. maxima ex parte auctum ſit hiſce vetuſtis lapidibus a Donio collectis, & exſcriptis manifeſtum eſt. Fatetur etiam idem Fabrettus Cap. II. pag. 110. inter Schedas Barberinas exſtaſſe Inſcriptiones exſcriptas per clarae piaeque memoriae virum Ferdinandum Vghellium, quem ex Donianis autographis conſtat Donio noſtro eas dediſſe.

Ex iiſdem Schedis Barberinis complura quoque inſcripta ſaxa vulgavit Iacobus Sponius, de antiquitate optime meritus, quae ei communicavit Paulus Alexander Maffeius Eques, ut idem teſtatur in Miſcellaneis Sect. II. Art. VIII. pag. 42. Neque illud ſilentio praetereundum eſt Donium noſtrum multo labore, ac diligentia omnes Inſcriptiones antiquas exſcripſiſſe quibus inſtratum pavimentum Baſilicae S. Pauli Romae; quae quum editae fuerint a Cornelio Margarino, cura Franciſci Barberini Cardinalis ampliſſimi, conſulto a me praetermiſſae ſunt; quum ſolas rariores Inſcriptiones, praeſertim vero ineditas, inveſtigarem. Plurimas quoque alias utpote iam editas praetermiſi, nempe Brixienſes iam ab Octavio Roſſio collectas, item Patavinas a Scardeonio, & Vrſato, Siculas a Georgio Gualtherio, Veronenſes

a Torellio Sarayna, & Panvinio, Neapolitanas ab Iul. Caes. Capacio; ne me supervacuo labore, alios taedio, & sumptu onerarem, quum in eorumdem auctorum libris occurrant. Maxima pariter copia Donius congesserat epitaphia, & alia hujus generis vetera monumenta Pontificum Romanorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Imperatorum, Regum, Marchionum, Ducum, Comitum, aliorumque illustrium Virorum; quae quum iam edita magna ex parte vidisem, ab hoc labore, cuius quoque messis haud capax erat hic liber, iam mole sua laborans, abstinui.

Fidem igitur meam nunc libero de edenda Sylloge veterum inscriptorum lapidum; quod me bono litterariae reipublicae aliquando facturum recepi. Nam quum Inscriptiones bene multas aerumnosissimo, atque improbo labore collegisem ex compluribus manu conscriptis Codicibus, nempe Fr. Iucundi Veronensis penes Illustrissimum virum Antonium Franciscum Marmium, Equitem D. Stephani, quem mecum pro eo quo optimas artes colit studio, & favore libentissime communicavit; itemque ex alio locupletiore ex Bibliotheca Rediana, quem per plures menses non semel acceptum diligenter evolvi, summa cum humanitate mihi exhibitum a Clariss. Viro Gregorio Redio, Baiulivo eiusdem Equestris Ordinis D. Stephani; ne quid dicam de aliis insignibus permultis Codicibus Bibliothecae Florentinae Stroziae, quos diuturno labore & cura diligenter scrutatus sum, plurimasque ineditas Inscriptiones conquisivi, favente meis studiis Ampliissimo viro Carolo Thoma Strozza Patricio Florentino; perpaucis tamen exceptis omnes hae ineditae Inscriptiones exhaustae fuere a Doniano Syntagmate, sensique tunc multo maxime quantum in eo exornando Donius insudasset. Pauculas vero ex iis a me collectis, ubi opus erat, in hoc Volumine, in paginae commodum maioremque eruditionem adieci; nonnullas quoque adiunxi a me diligenter exscriptas ex Schedis autographis doctissimi Petri Victorii, quas mecum communicavit numquam satis laudandus Vir Clariss. Eques Franciscus Victorius, eiusdem Petri Victorii adnepos, eique in promovendis, illustrandisque studiis optimarum artium longe simillimus. Inter has vero silentio minime praetereunda est marmorea Tabula Farnesiana, Herculis gesta Graece duabus columnis incisa, ac descripta, atque eius expiationem continens; quae quum hactenus valde corrupta, & manca plu-

pluribus in locis edita ſit, nunc earumdem Schedarum ope multo emendatior, & auctior inferius Claſse 1. pag. 32. a me exhibetur. Hanc Latine reddidit praeceptor meus optimus, meique amantiſſimus Antonius Maria Salvinius, cuius celeberrimum nomen Muſis gratiſſimum, nulla umquam delebit oblivio: quo hortatore, & auſpice huic antiquitatis iucundiſſimo ſtudio operam dedi, meoque remigio ſemper laboravi: nam etſi permoleſta, ac diuturna valetudine laboraret quum publici iuris eram facturus hoc Donianum Syntagma; illud tamen peraccurate evoluere, ac multa Graeca Epigrammata vertere voluit: nullumque levamen iucundius morbo ſuo quo conflictabatur ſe habere mihi identidem dicere ſolebat, quam quod mea cura bene conſultum fuiſset huic inſigni operi Ioannis Baptiſtae Donii, & patriae noſtrae gloriae, ac ſplendori, quod ſane iam multo antea flagrantiſſime ſemper cupierat. Complura igitur heic habes Graeca Epigrammata ab hoc ſummo viro in Latinum pereleganter, ac valde perſpicue converſa. Epigramma in ſtatuam Iovis Vrii Boſporani, quod in Claſſe 1. n. 104. cum Salviniana interpretatione profero, valde feliciter nuper caſtigavit, vertitque vir praeclariſſimus atque eruditiſſimus Edmundus Chiſullus, quo inſigne ſuum opus Antiquitatum Aſiaticarum ornavit pag. 59. cum reliquis, ad quem Lectorem remitto.

Ex quibus fontibus tum Donius, tum ego ipſe perpaucas additas Inſcriptiones acceperim, indicat ſubiecta epigraphe. Tituli vero ſingulis lapidibus praepoſiti, vel poſſeſſorem, vel locum ubi exſtent, atque ubi reperti fuerint declarant. Haec loca a Fabretto frequentiſsime omittuntur; quae quum peraccurate adnotata ſint, quantum lucis adferant ad illuſtrandas urbium, ac locorum antiquitates, & Hiſtoriam, praeſertim vero Romanam veterem Topographiam, nemo eſt qui ignoret. Ex his enim veterum monumentorum deſcriptionibus locus innoteſcit ubi ſita fuerint complura antiqua Romanorum aedificia, nimirum templa, arcus, columnae, porticus, areae, nymphea, balnea, ſacella, cohortium excubitoria, horrea, piſtrina, pontes, fora, campi, horti, moenia, viae, cellae, ſepulcra, ceteraque huiuſmodi aedificia; quorum veſtigia hodie quum ignorentur, vel haudquaquam perſpicue appareant, horum inſcriptorum marmorum praeſidio, adnotationeque loci ubi eadem inventa fuerint, ſitus deprehenduntur.

Re-

Reliquum nunc illud eſt ut ingenuum Lectorem, eximioſque antiquitatis cultores de inſigni copia veterum antiquorum Inſtrumentorum, quae in papyraceis Tabulis ſcripta ſunt, paucis admoneam; quae quum ceteris omnibus vetuſtis monumentis ſint rariora, magno in pretio merito habentur. Quamvis vero ea ſerius quam oportebat proferantur, non ob id tamen ea laus ſane maxima, quam poſtea conſecuti ſunt celeberrimi viri Ioannes Mabillonius, & Ioannes a Montefalconis, qui complura edidere, neganda eſt Donio noſtro, qui primus omnium eadem collegit, & in lucem quamprimum proferre quammaxime optavit; idque facile praeſtaſſet ni fato immaturo raptus fuiſſet. Haec igitur XXII. vetera Inſtrumenta ex autographis chartis accuratiſſime exſcripta, editaque in hoc Volumine proferuntur tum ex Vaticana Bibliotheca, tum ex in aliis, quae indicantur, in quibus hodie exſtant. Vaticana exemplavit Iacobus Grimaldius Vaticani Tabularii Cuſtos, horum monumentorum eruditione conſultiſſimus; reliqua ipſe Donius, eiuſque amici. Singulis eas obſervationes & notas ſubieci, quas tum idem Grimaldius, tum Donius elucubrarunt.

Principe in loco inſigne antiquitatis monumentum hactenus ineditum exhibetur, nimirum S. Leonis Papae IV. Bullae plumbatae fragmentum, quamdam donationem confirmantis, anno XXXIII. Lotharii Auguſti, Pridie Kalendas Septembr. Indictione XIIII. e quo pendebat plumbum eo modo impreſſum, ac ſignatum uti oſtenditur in pag. 468.

En aliud plumbum, omnium quae hactenus prodiere antiquiſſimum, ducentiſque annis impreſſum ante adlatum S. Leonis Papae IV. quod mecum communicavit V. C. Philippus De Stoſch Baro, Poloniae Regis, & Saxoniae Electoris Conſiliarius, veterum omnium elegantiarum ſcrutator peritiſſi-

tiſſimus, deque litteraria Republica praeclaro opere nuper edito optime meritus; quod quidem in lucem libenter profero, quo ornatius prodeat hoc volumen.

Pertinet ad S. Deusdedit Pontificem ſummum, qui ſedit annos tres, dies viginti, ab anno DCXV. ad DCXVII. cuius nomen in parte legitur antica; in altera vero Paſtor bonus cernitur, oviculas blanditiis demulcens. Hinc inde in plumbi craſſitie ſpectantur foramina, quae indicant pendenti cordulae impreſſum fuiſſe. Accedunt hieroglyphica, quae in antiquis Chriſtianorum monumentis occurrunt, nimirum A & ω, quae Deum omnium primum, & noviſſimum indicant.

Secundo, longe emendatius auctiuſque, ſingulis verſibus per numeros diſtinctis, ut iacent in archetypo, quod etiam in ceteris ſervatur, exhibetur Inſtrumentum venditionis portionum duorum fundorum nuncupatorum *Domicilium*, cum aedificio vel *Centum*, vocato *Vigintiquinque*, factae per Domnicum virum honeſtum Montano Notario ſacri Veſtiarii; pretio quadraginta ſolidorum aureorum domnicalium, III. Non. Ianuar. ſexies poſt Conſulatum Paulini Iunioris; Ravennae rogatum per Deusdedit Exceptorem, anno Chriſtianae aerae CCCCXCIX. in quo praeter alia notanda eſt epiſtola traditionis bonorum venditorum ſcripta a Domnico venditore ad Magiſtratum, cunctumque Ordinem Civitatis Faventiae, atque ab eo probata, & recognita, eiuſque iuſſu edita, poſtulante emptore Montano, & ſingulorum eiuſdem ordinis virorum ſubſcriptione firmata.

Tertio, producitur Inſtrumentum venditionis ſex unciarum fundi Geniciani cum Caſale, pro ſolidis quatuordecim aureis probatis, obrizatis, per Deusdedit factae Holdigerno v. c. Ravennae, rogatum per Iulianum Scriptorem, qui *Forx.* nimirum *Forenſis*, ideſt *Notarius* dicitur; eademque ſigla notatum eſt hoc officium in inſtrumento venditionis fundorum, & aedificii in agro Ariminenſi, ſcripto Ravennae ſub Iuſtino Iuniore, imperante A. C. DCLXII. quod ex autographo exſtante penes celeberrimum virum Iuſtum Fontaninum Archiepiſcopum Ancyranum, Romanae Aulae, & litterariae reipublicae inſigne decus, & ornamentum, typis aeneis inciſo eius ſpecimine, protulit, & illuſtravit vir eruditiſſimus Philippus a Turre Epiſcopus Adrienſis Cap. VIII. Diſſertationis Apologeticae ad Nummum Anniae Fauſtinae, agens de duobus Conſulatibus Iuſtini, quem

quem vide pag. 142. In noſtro vero Vaticano inſtrumento pag. 477. an legendum ſit *Euſebius Adinſcrutarius*, vel *adinſcrutatis*, docti viri videant. Petri Collictarii ante cuſtodiam carcerum teſtis ſubſcriptio eo modo exibetur pag. 477. uti exarata eſt in autographo Vaticano, eademque ad calcem paginae interpretatur.

Quarto ex Vaticano archetypo depromitur epiſtola ad Magiſtratum Faventinum, data Ravennae, ſexies poſt Conſulatum Paulini Iunioris XII. kal. Aprilis anno CCCCXCIX. ſuper venditione unius unciae & ſemis fundi roboratae in territorio Faventino, per Milanium & Gerontium, Laurentio Viriſtano, pro ſolidis aureis quinque, & trians.

Quinto, prolatum eſt inſtrumentum venditionis iugerorum viginti fundi Concordiacos, territorio Faventino, pago Painace, factae per Thulgilonam honeſtam feminam matrem, & Deutherium, ac Domnicum filios ex ſucceſſione Parianis coniugis eiuſdem Thulgilonae, Pelegrino Vaiſtriano, pretio ſolidorum centum decem aureorum, quod Ravennae rogatum eſt per Candidianum. Teſtes ſex pro parte venditorum ſubſcripſere, inter quos Iuſtienus, ſive Iuſtinus; cuius barbarae ſubſcriptionis ectypographicum exemplar ex ipſo prototypo pag. 483. ſubiicitur.

Sexto, fragmenta duo chartarum exaratarum tempore Paſchalis I. Papae proferuntur, quae donationem continent duorum fundorum in territorio Faventino, per Stephanum, & Dignam iugales factam Sanctae Eccleſiae Ravennati, eiuſque Archiepiſcopo Petronaci, cui idem Paſchalis Pontifex confirmavit privilegia antea conceſſa a ſanctae memoriae Hadriano I. & Leone III. quibus Hiſtoriae Ravennatis monumenta illuſtrantur.

Septimo, in medium adfertur fragmentum Epiſtolae Agnelli Archiepiſcopi Ravennae, qui gratias agit Iuſtino Iuniori Auguſto (non vero Iuſtiniano) ob collata in civitatem Ravennae complura beneficia: nam hic Princeps optimus, Narſetis opera, ut ſcribit Blondus, omnia Gothorum bona Ravennati Eccleſiae largitus eſt, tam in urbibus, quam in ſuburbiis; templaque omnia ab Arianis Theodorico regnante exſtructa, & eorum ſacrificiis foedata idem Agnellus purgavit, & ad verum cultum traduxit; qui anno Chriſtianae aerae quingenteſimo octavo Ravennae Archiepiſcopus creatus fuit.

Octavo, edita habes tria antiquiſſima fragmenta, anno

XV. Heraclii Imp. exarata, A. Ch. N. DCXXV. quae continent donationes ſex unciarum fundi Curpiniani cum piſtrino, & duobus hoſpitiis, factas eidem Eccleſiae Ravennati.

Nono, ex antiquiſsimi inſtrumenti fragmento, praeter nomina quorumdam fundorum Agolli & Aprani, nil aliud eruitur notatu dignum.

Decimo, inſigne monumentum ex antiquiſsimo fragmento exhibetur, ad Epiſcopum Patavinum pertinens; in quo praeſtationes eidem faciendae ſolidorum, trimeſſium, ſiliquarum, hebdomadarum, additis quoque operis, item anſeribus, pullis, gallinis, ovis, melle, atque xeniis, ac muneribus piſcium carpionum recenſentur; in quo etiam nomina complurium Coloniarum agri Patavini locorumque, quae eidem Patavino Epiſcopo haec praeſtare tenebantur, indicantur.

Vndecimo, ex Chartophylacio Eccleſiae Arretinae depromitur Chirographum antiquiſsimum, magno in pretio habendum, quod lubentiſsime in aerea tabula totum incidi diligenter curaſſem ad archetypi exemplum, ſi multa adhibita diligentia repertum fuiſſet cura Cl. Viri Gregorii Redii Patricii Arretini, quem ſupra laudavimus; ſed ipſe invento tubo, periiſſe, vel ſublatum fuiſſe adfirmavit: quare quod hoc tam inſigni, ac perraro monumento locupletetur litteratorum reſpublica, Donio noſtro debemus. Continet venditionem quatuor unciarum fundi Caballariae, cum portione aedificii, qui fines habet fundum Villam Magnam, & fundum Quarantulam; cuius fuit venditor Gudilebus, emptor vero Lamud, viri venerabiles Diaconi. Illud vero quod maxime inſignem reddit hanc Tabulam papyraceam eſt ſubſcriptio, quae adfertur pag. 497. ex archetypo ectypographicis characteribus diligenter expreſſa, quae exarata eſt Gothica ſcriptura, admixtaeque eidem ſunt litterae aliarum linguarum Septentrionalium, quemadmodum cognoſci poteſt ex Alphabetis, & Gloſſariis editis a Franciſco Junio, Thoma Mareſcallo, Georgio Stiernkielmio, & Georgio Hickeſio, qui illuſtrarunt verſionem quatuor Evangeliorum, (*argenteum Codicem* nuncupatam) ſcriptam ab Vlfila Gothorum Epiſcopo in Moeſia, circa annum CCCLX. Chriſtianae aerae, qui Nicaeno Concilio interfuit. Quare poſt hunc Codicem, quum hactenus nullum prodierit monumentum, quod hoc genus ſcripturae contineat, merito hoc Arretinum inſtrumentum propter hanc ſubſcriptionem plu-

* * *

ri-

rimi faciendum, atque a doctis viris illuſtratum iri ſperamus; cui interlinearem verſionem earum litterarum, quae interpretari poſſunt, ſubiecimus; pluribus relictis, utpote nobis dubiis.

Duodecimo, ex Inſtrumento cuiuſdam donationis perpaucae lineae ſuperfuere, ceteris iniuria temporis deletis, ac perditis. Mentio fit in his Deuſdedit Tabellionis, ſive Tabellarii Vrbis.

Decimotertio, ex fragmento Inſtrumenti in Aegyptiaco cortice exarati conſtat de donatione facta Vigilio quatuor unciarum domus ſitae in Caſtello inferiore, cuius nomen nos latet, cum omni iure mobilium, quae ad eas pertinent. Adprobata a Magiſtratu (fortaſſis Ariminenſi) donatione, colligimus Vigilium infinitas gratias donatori ſuo publice egiſſe.

Decimoquarto, celebre adfertur fragmentum chartulae donationis aliquot bonorum factae Eccleſiae Ravennati per honeſtum virum Bracurſum, & Martinam jugales; eidem Eccleſiae praeſidente Petro Archiep. fortaſſis ſeniore, qui vixit ab anno DLXVIII. ad ann. DLXXV. quam donationem de more recognovit, & publicari iuſsit Magiſtratus Civitatis Ravennae, juxta petitionem Defenſorum eiuſdem Sanctae Eccleſiae Ravennatis. Specimen primi verſus accurate deſcripti ex archetypo praemiſi in pag. 450. quod libenter ad ſingula inſtrumenta a me edita feciſſem, quum ſit hoc opus maxime utile, ſi autographa ipſa vel conſulere, vel ad manus habere potuiſſem.

Decimoquinto, ſequitur vetuſtiſsimum Inſtrumentum confectum anno aerae Chriſtianae CCCCLXXI. XV. kalendis Maiis, imperante Flavio Leone I. Auguſto, qui quartum Conſul fuit cum Anicio Probiano. Continet donationem tum praediorum, tum ſacrae ſupellectilis factam Eccleſiae Tiburtinae. Quanti aeſtimandum ſit hoc monumentum in ſuperiori pag. XII. declaravit Donius noſter, qui diligentiſsime exſcripſit ex apographo valde antiquo Romae condito in Archivo Arcis Aeliae; ad quod illuſtrandum ſi otium, & opportunitas mihi fuiſſet, commentariolum concinnaſſem: nam reconditam praefert ſacrarum antiquitatum eruditionem, illuſtratque veterem ſacrarum aedium ſtructuram, ornatum, & ſacrae ſupellectilis nomenclaturam, quae Anaſtaſio multum lucis adferre poteſt. Primus omnium perrarum hoc documentum edidit pietate, & doctrina, ani-

mi-

mique candore celeberrimus Ioannes Mabillonius in insigni opere de Re Diplomatica lib. VI. n. 1. pag. 462. & 463. qui iane si a Donio nostro multo antea exscriptum fuisse sciviſſet, eumque iam optime meritum de his antiquitatibus summo studio conquisitis, certe haudquaquam meritis laudibus hoc opus commendare praetermisisset.

Decimosexto, ex pervetusto apographo eiusdem Archivi complurium fundorum nomina recensentur: quae, ut videtur, donata fuere Ecclesiae Tiburtinae; cuius instrumentum quum vetustate consumptum fuisset, renovatum fuit tempore Marini Summi Pontificis, anno tertio eius Pontificatus, Christianae aerae DCCCLXXXIV. suggerente Hucberto Episcopo eiusdem Ecclesiae.

Decimoseptimo, exemplar producitur reliquae partis usufructuariae donationis factae Basilicae Liberianae Sanctae Mariae Maioris a piisima femina Flavia Xantippi filia, tempore S. Gregorii Papae IV. qui sedit ab anno DCCCXXVIII. ad annum DCCCLIV. quae pro cautela, & firmitate temporum futurorum ex authenticis scriptis excepta, maioribus litteris exarata fuit in marmorea Tabula, quae & hodie sincera atque germana exstat in porticu eiusdem Basilicae. Perantiquus mos fuit incidere in lapidibus donationes Ecclesiis factas, easque ad earum valuas collocare; quod etiam observat V. C. Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus in Discum Christianum, egregio Commentario illustratum, Cap. x. Hanc donationem, aliasque marmoreis tabulis insculptas profert eximius Praesul Franciscus Blanchinus, olim familiaritate mihi apprime carus, in Praefatione ad librum Pontificalem Tom. I. ante num. 48. verum non maioribus, sed minimis characteribus communibus, qui vulgo *corsivi* appellantur, atque ut conferentibus patebit, sane minus accurate. Hanc non edidit Paulus de Angelis, qui Basilicam S. Mariae Maioris illustravit, quamvis Libro VII. Cap. I. luculenter agat de Donationibus immobilium; quare non omittendam censui, utpote etiam accuratissime descriptam ex autographo.

Decimooctavo, exhibetur instrumentum emptionis Terrarum cum quercetis in loco Patrarcano Neapolis, factae per Sergium Presbyterum Lamberto, & Adenulpho filiis Domini Ioannis de Domino Lamberto de Neapoli; anno primo imperii Michaelis, die vicesimaprima mensis Septembris, indictione tertia. Sequitur pag. 513. aliud Instrumentum contiⁿens

nens donationem terrae cum arbuſto in Antiniano pertinente, in civitate Neapolis, factam Eccleſiae S. Mariae Novae Ieruſalem, per Ioannem cognomento Capuanum, qui eam a fundamentis conſtruxerat anno ſeptimo imperii Michaelis, die octava menſis Decembris, indictione XIII.

Decimonono, Alperga Dei Ancilla anno Chriſti DCCCVII. regnante Carolo Imperatore Auguſto, trigeſimo tertio anno eius regni, quo Longobardiam cepit, relicta vidua Warnefridi, vineam, & hortum conduxit in loco Notiano dicto, iam antea viro ſuo excolendum conceſſum ab Andrea tertio Abbate Monaſterii S. Petri in Palatiolo, ſiti prope Montem Viridem in Dioeceſi Populonienſi. Inſtrumentum hoc Lucae actum, ubi degebat Alperga Ancilla Dei, ſcribitur. Hinc diſcimus hac tempeſtate Andream, Gundualdi nobilis Lucenſis filium, Abbatem, qui fuit auctor Vitae S. Walfredi, quae apud Bollandum exhibetur Tom. II. menſis Februarii ad diem XV. pag. 842. ſupraſcripti Monaſterii S. Petri in Palatiolo regimen habuiſſe. Fuit S. Walfredus Patricius Piſanus, uti ex eius Actis ab eodem Andrea ſcriptis intelligitur; atque, ut memorant, ex vetuſtiſſima, ac nobiliſſima Familia Comitum Gherardeſchae ortus, qui Donoratici Dynaſtae fuere; primus Abbas, & fundator eiuſdem Monaſterii S. Petri in Palatiolo, ſito in Monte Viridi. Inſtrumentum dotis, ſeu donationis factae eidem Monaſterio e tenebris, & oblivione eruit vir omni aevo celeberrimus, mihique amiciſſimus Adm. Rev. P. Magiſter Franciſcus Orlendius, ex Ordine Praedicatorum, in Piſano Athaeneo Theologicorum Dogmatum inſignis Profeſſor; quod publici iuris fecit in Volumine II. Partis II. Lib. III. Cap. XLIII. pag. 1416. in aerumnoſiſſimo aeque ac praeclariſſimo ſuo Opere, quod hunc praefert titulum, *Orbis Sacer & Profanus*, atque omnigena eruditione plane refertum eſt. De eodem igitur Monaſterio, eiuſque auctore S. Walfredo, cuius regiminii decem annis praefuit, complura notatu digna, quae etiam in hunc locum adferenda fuerant, ibidem luculenter adnotata habes, Lector, ad quae te remittimus.

Viceſimo, profero Inſtrumentum exaratum in civitate Camerini, regnante Hugone, anno decimo nono, Lotharii vero eius filii decimo quinto, indictione tertia, Chriſtianae epochae DCCCCXLIV. & continet fundationem Eccleſiae S. Mariae Caſtelli S. Severini ſuper flumen Potentiae; quam a ſolo aedificari iuſſit Eudo Camerinenſis Epiſcopus,

&

& ampla dote locupletavit. Huic chartulae ſubſcripſere cum eodem Epiſcopo Adelardus Archidiaconus, Sico Archipresbyter, Stephanus Primicerius, quinque Presbyteri, qui Cardinales Presbyteri appellantur, praeter alios quatuor. Hoc Inſtrumentum edidit Camillus Lilius in Par. I. Hiſtoriae Camerini Lib. v. pag. 158. ſed quia hic liber perrarus eſt, & accuratius a Donio exſcriptum mihi viſum eſt hoc documentum ex archetypo apud Marionum Advocatum, ideo ſi in lucem rurſus proferrem operae pretium me facturum exiſtimavi.

Viceſimo primo, producimus Inſtrumentum venditionis bonorum, quam fecit Teleſinus Hyacinthi filius ante Leonem iudicem, Iſau Savini filio, actumque eſt in civitate Teleſiae, anno viceſimo Pandulphi Principis Beneventi, & anno primo Principis Landolfi eius filii, menſe Aprili, indictione ſeptima; in quo quidem inſtrumento adnotandum inter alia eſt, quod venditor & heredes ſe obligant iurantes ad Sancta Dei Evangelia.

Viceſimo ſecundo depromitur ex Brachianenſi Tabulario privilegium eorumdem Beneventi Principum Longobardorum; qui eodem anno confirmant Azzo, & eius nepotibus, & aliis in eo nominatis, poteſtatem habendi, agendi &c. tamquam Dominis Caſtelli Montis Agani, cuius confinia deſcribuntur.

Hactenus Inſtrumenta antiquiora a Donio collecta exhibuimus, compluribus aliis poſterioris aevi omiſſis. In his edendis, multa adhibita diligentia, ipſarum ſcripturarum orthographiam, compendiarias notas, & vitia obſervare volui, ne qua in re vel minima ab archetypis diſcederem.

Poſt Appendicem aliquot Inſcriptionum omiſſarum additum eſt inſigne Inſtrumentum Aegyptio papyro exaratum, quod continet donationem factam Eccleſiae S. Apollinaris Ravennae, ab Ioanne, ut puto VI. eiuſdem Eccleſ. Archiep. qui ſedit annis VII. ab anno ſcilicet DCCLXXVII. ad annum DCCLXXXIV. Huius inſignis donationis archetypum, aequans pedes VI. Romanos longitudine & uncias IV. exſtat Romae in Bibliotheca Alteria. Hoc mecum meis ſtudiis humaniſſime favens communicavit Vir Clariſſimus Franciſcus Victorius, ex Equeſtri Ordine D. Stephani, qui ex autographo diligenter exſcripſit. Bonorum oblatio, & donatio in eo legitur facta ab Ioanne Archiepiſcopo ad altare eiuſdem S. Apollinaris, ſtipulatione, & ſponſione ſolemniter in-

interpoſita ; de quo ſacrarum oblationum ritu eruditiſſime diſſerit omni cum laude nominandus amicus meus D. Iuſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus in Diſco Chriſtiano, Commentario illuſtrato, Cap. xxi. Obſervatione digna eſt ſubſcriptio maioribus litteris exarata ab eodem Ioanne Archiepiſcopo donatore ; quam diligentiſſime ad archetypi exemplum delineatam a Victorio, aereae tabulae incidi curavimus, ut de hac etiam ſubſcribendi conſuetudine conſtet. Hoc fragmentum nunc primum in lucem prodit. Nonnullas vero ex ſuperioribus papyraceis Tabulis a me adlatis, nuper edidit Illuſtriſs. Marchio Scipio Maffeius Patricius Veronenſis in Hiſtoria Diplomatica, vernaculo ſermone conſcripta ; quas cum noſtris, ſi quis volet, conferre poterit.

De Notis, ſive Obſervationibus, ubi opus erat, ad ſingulas Inſcriptiones a me ad calcem paginae ſubiectis, aliquid nunc dicendum ; ſed in his non moror : ſiquidem ea quae erant praecipua breviter tangere volui. Ad Indices xxv. harum omnium Inſcriptionum antiquarum, quae proferuntur, multo labore, ac moleſtia a me concinnatos gradum facio ; quorum quoque conſpectum inferius habes. Ordinati ſunt in xxiv. Capita, in quibus quidquid notatu dignum eſt in tota hac antiquitatis ſupellectile depromitur, exemplo Indicis Scaligeriani ad magnum Gruteri Theſaurum, & Reineſiani. Index, ſive Caput xxiii. continet nomina propria iuxta Familias, cum virilia, tum muliebria. Familiis ad hoc tempus incognitis, atque ineditis aſteriſcum praepoſui, ut ab editis facili negotio diſtinguerentur: adeoque in hoc volumine habes ccxl. & amplius Familias, de quibus nulla apud Gruterum, Reineſium, Sponium, & Fabrettum exſtat notitia. Viceſimus quartus Index a nemine ante hoc tempus vel excogitatus vel factus, totus e meo penu depromptus eſt, meoque conatu inventus, & confectus, in quo notabiliora omnia, quae occurrunt in papyraceis phyliris, Paragraphis, ſive Capitibus xvii. exponuntur. In primo recenſentur Baſilicae, Eccleſiae, Plebes, Monaſteria. In ii. Pontifices Summi, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, aliique viri Eccleſiaſtica dignitate inſigniti. In iii. Dignitates, Officia, & Gradus Eccleſiaſtici. In iv. ſacra Supellex enumeratur. In v. Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, Conſulum, Virorumque clariſsimorum nomina exhibentur. In vi. Officia, Honores, & Dignitates ſaeculares. In vii. habetur Virorum, & Feminarum nomenclatura. In viii. Epithe-

ta

ta honoris cauſa data Eccleſiis, hominibuſque vel ſacra, vel ſaeculari dignitate inſignitis. In ix. exponuntur Regionum, Vrbium, Oppidorum, Incolarum nomina, aliaque Chorographica. In x. Artifices, & Negotiantes. In xi. Monetae, & Monetarum ſpecies. In xii. Caſae, Fundi, Coloniae, Poſſeſſiones, Domicilia, Terrae, Aediſicia, Praedia. In xiii. Formulae Donationum, & Oblationum Eccleſiis. In xiv. Formulae Iuris. In xv. Vocabula rariora. In xvi. Notantur nonnulla ad Orthographiam pertinentia. In xvii. & ultimo, quae ad Hiſtoriam, & eruditionem ſpectant declarantur.

Huic alium adſimilem Indicem, a Grutero, & Reineſio cum hoc accuratiore methodo praetermiſſum, confecimus ad Claſſem xx. quae continet Monumenta veterum Chriſtianorum; in quo quidquid eruditionis colligi poteſt in ſacris Inſcriptionibus, ad quoſdam praecipuos titulos redigitur, quem videre poteſt humaniſſimus Lector. Alium quoque Indicem, qui eſt xxvi. elaboravi, qui in Reineſio, & Sponio deſideratur, & continet res notabiliores, quae in Notis & Obſervationibus meis in calce fere ſingularum paginarum ſubiectis leguntur. In hoc poſtremo Indice Inſcriptiones a Grutero, Reineſio, Sponio, & Fabretto adlatas, ſed vel inemendatas, vel mutilas, quae in hoc Opere rurſus proferuntur emendatiores, atque abſolutiores, in verbo *Inſcriptiones*, omni adhibita diligentia declarabo. Reliquum nunc illud eſt ut benevolos Lectores moneam aliqua errata irrepſiſſe tum mea, tum typographicarum operarum incuria, quae omnia in Schemate praepoſito xxvi. Indici recenſentur, & emendantur. Mihi quidem, ut arbitror, facile ignoſcent viri docti, qui ſciunt quam ardua res ſit, maximique laboris plena, ter quaterque cogi auctores eorumdemmet operum emendare per ſe ipſos impreſſas Schedas, ab Augeae regis ſtabulo, quod Hercules repurgavit, perſaepe haudquaquam diverſas, antequam prelo ſubiiciantur. Si quid igitur eſt quod minus placeat, aequi bonique conſulant viri docti; nam ab his ſolum, non vero a ſciolis quibuſdam cum veniam, tum laudem huic meo operi ſperare fas eſt. Meum dixi hoc opus, quamvis, & ipſi Donio parenti optimo tribuendum ſit, fretus auctoritate Ariſtotelis, qui in libro i. Rhetorices ita ait: Καὶ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν, ἡδὺ· αὐτῶν γὰρ ἔργον ἤδη γίγνεται. *Et inchoata perficere iucundum eſt: ipſorum enim illorum opera iam fiunt.*

Ce-

Ceterum in posterum enitar quantum potero, ut reliqua pereximia ingenii monumenta concivis mei praestantissimi IOANNIS BAPTISTAE DONII in lucem quamprimum prodeant, atque cum primis LYRA BARBERINA, sive Amphicordum, quod ipse invenit, fabricavit, atque eruditissime exposuit; in quo Opere adhuc inedito veterem Citharodiam, Lyraeque praesertim, ac Citharae formam, usum, partes, species, appellationes illustravit; additis multis veterum Organorum iconismis, atque huius Amphicordi in primis, cum singularum eius partium delineatione, & nomenclaturis: adiecta interpretatione vocum Musicarum, Graecarum, & Latinarum rariorum, quae rebus Musicis Latine apteque exponendis non leviter commodare possunt. Nihil enim mihi iucundius, optabilius nihil est, quam pro virili parte qua aliorum lucubrationibus, quave meis iuvare antiquae eruditionis cultores, nec non humaniorum disciplinarum adsectatores: quare verbis concludam Philippi Beroaldi viri praeclarissimi, qui in Oratione ad commentarios Apuleianos ita loquitur: *Scribit Plato Deum facto Mundo exultasse gaudio: ego ut minima maximis, caduca perpetuis, nugatoria divinis comparem, afficior gaudio non mediocri, quum video commentarios diutinis vigiliis absolutos per ora virorum, & manus volitantes circumferri; quum labores nostros neque cassos, neque poenitendos fuisse conspicio. Sed aliorum sit iudicium, & censura super nostris lucubrationibus. Quod meum est scio me pro viribus, & ingenii captu elaborasse ut haec edulia facerent ad stomachum bonorum, atque gustatum. Illis vero, quibus cuncta putere videntur, & acescere; quorum stomachus est morosior, nostra condimenta non condiuntur, phagoloedori (sic enim appellantur, qui maledictis, & conviciis pascuntur) ne attingant nostras dapes, ne virulenta lingua, & palato bonos cibos inficiant. Vituperones obtrectatoresque, quorum dentes canini sunt, & linguae acuminatae ad detrahendum, procul sint a meis voluminibus.* Sed iam manum de tabula. Tibi igitur, ingenue, atque optime Lector, qui favore tuo haec mea studia prosequeris, antiquo more ita tibi plaudam FAVSTE VIVAS, atque in evoluendis his Inscriptionibus, ab interitu me vindicatis MELIORIBVS VTERE FATIS.

IN-

IN ARAS DEORVM

E T

ANTIQVA MONVMENTA

ADDITA INSCRIPTIONIBVS DONIANIS

OBSERVATIONES

ANTONII FRANCISCI GORII

IN PATRIO GYMNASIO HISTORIARVM PROFESSORIS

A D

FRANCISCVM VICTORIVM

EQVITEM D. STEPHANI

VIRVM NOBILISSIMVM

VETERVMQVE OMNIVM ELEGANTIARVM CVLTOREM

ET AESTIMATOREM EXIMIVM.

Ex marmore antiquo utrumque ſculpto, Romae in Muſeo Victorio.

PROOEMIVM.

Ptima quidem, ac vera mihi viſa eſt illa ſententia, quam probat C. Plinius Caecilius Secundus, quod *bonus liber quiſque eo melior eſt, quo maior*; nilque eum magis quam amplitudo commendat; adiicitque auctoritatem quamdam & pulchritudinem ipſa magnitudo. Editis iam, ut in votis fuerat, praeſtantiſſimi Viri IOANNIS BAPTISTAE DONII Patricii Florentini antiquis Inſcriptionibus, iiſdemque Obſervationibus, & Notis illuſtratis; ad haec confectis XXVI Indicibus, poteram in hoc portu, ut ita dicam, quieſcere, neque in alias curas incumbere; quum praeſertim prae manibus habeam illuſtre patriae noſtrae monumentum, nobiliſſimorumque Sociorum, qui illud in publicum proferri curant, inſigne decus, & ornamentum, MVSEI FLORENTINI opus, in quo totum me eſſe decet: tamen quum has XII Tabulas multo ante incidendas curaſſem, atque me Deorum Aras, aliaque antiqua monumenta, quae idem Donius accurate delineari fecit, exhibiturum meis obſervationibus illuſtrata in fidem recepiſſem, ſtandum fuit promiſſis. In his igitur elucidandis curabo ut nihil eorum praetermittam, quae obſervatione maxime digna ſunt: magnaque perfundar voluptate ſi aliqua cum utilitate, ac voluptate eorum, qui has meas lucubrationes libenter legunt, in maiorem etiam molem hoc volumen creviſſe cognoſcam.

ARA MARMOREA QVATVOR ANAGLYPHIS EXHIBENS IOVIS CVNABVLA.

Albani exſtat, in Hortis Villae olim Paolucciae, nunc Merliniae; altaque eſt Romanos palmos circiter ſex.

DEORVM Aras, Te potiſſimum auſpice, ac favente, FRANCISCE VICTORI Praeſtantiſſime, DONIANIS Inſcriptionibus additas illuſtraturus, ab illa plane inſigni, ac ſingulari exordiar, quae quatuor anaglyphis repraeſentat Iovis ortum, incunabula, educationem, Deorumque concilium; quam nuper apud Albanum autumnalibus otiis inveniſti; ſtatimque iniuria temporum non parum labefactatam, ab egregio, ac nobili viro Hieronymo Odam Equite, in delineandis antiquis monumentis accuratiſſimo, & peritiſſimo, quatuor Tabulis depictam, ab interitu vindicaſti; atque ad me, ea qua ſoles humanitate, adſiduoque mearum lucubrationum ornandi iuvandique ſtudio, ut publica luce donarem, miſiſti. Quo quidem monumento nil praeſtantius, atque ad veterem Mythologiam illuſtrandam clarius eſſe poteſt: nec dubito Te maximam apud viros doctos gratiam initurum, quum ad hoc tempus nulla Ara hoc typo exornata in lucem prodierit. Sed age ſingulas eiuſdem Arae partes ordine deſcribamus, atque obſervemus.

TABVLA A.

Praepoſita Tabulae I. ceteriſque.

HOc latus Arae, quum parieti adhaereret, videreturque ſculptura in eo adeo corrupta temporis iniuria, ut vel parum, aut nihil referre poſſet, primo praetermiſſum eſt; ſed poſtea remota eadem Ara a pariete compertum eſt Rheam, ſive Opim exhibere aegram, atque vel iam edito, vel iam edendo partu laborantem; quare ceteris XII. Tabulis praepoſita, hoc modo notanda fuit. Iacet Rhea in terra, ſcopulo innixa, ſolutis crinibus, nudo pectore, tumentibus lacte mammis, palla involuta, eademque operto capite, ſoluta zona, puerperarum more. Oranti, ac colloquenti ſimilis eſt, uti dextera manus ſignificat; ſiniſtra vero ſublata opem fortaſſis Caeli Deorum omnium patris, ut veteres tradidere, quod aeternum appellarunt, implorat; quod ut arbitror, ſuperne ab eximio ſculptore expreſſum fuerat;

ſed

ſed nunc iniuria temporis adeo deletum eſt ut nullum veſtigium ſuperſit. Neque vero ulla vel ſpeluncae, vel latibuli ſpecies appareat ſculpta in hac Ara, in qua Rhea Iovem pepererit, ut Arcades fabulantur; in quam nulli hominum, praeterquam ſolis ſacra Deae facientibus feminis, introire fas fuit. (1) Sed Iovis cunabula Cretenſes, Arcades, Meſſenii, Boeotii, Thebani ſibi vendicant, diſſentiuntque ſcriptores, apud quos non minor eſt loci, quam nutricum, a quibus fuerit educatus, controverſia. An Albani populi apud ſe Iovem natum crediderint, cui hanc inſignem Aram ſacrarunt, incompertum eſt, magnumque apud ſcriptores ſilentium; neque id inſcriptio aliqua declarat, quae nulla eſt in hac Ara. Iovem puerum Praeneſte cultum fuiſſe docent duae aræ, quae in Gruterıano Theſauro adferuntur. (2)

Sed ad Rheam puerperam revertamur, quae non in lecto, vel in cathedra, ſed humi iacens cubat, nudaque pedibus cernitur. Hinc mulieres gravem uterum gerentes eidem Deae Opi ſedentes vota concipiebant, terramque de induſtria tangebant; demonſtrantes, ut ait Macrobius, (3) ipſam matrem eſſe mortalibus appetendam. Obſervandum praeterea eſt quod palla tectum caput habet adverſus aëris iniurias; ſolutos quoque gerit crines, quemadmodum etiam ſculpta eſt in averſa parte maximi numiſmatis Antonini Pii, quod exhibet eximius Petrus Seguinus; (4) licet in eo intectum habeat caput, velatis, ut in hoc Arae anaglypho, palla inferioribus partibus corporis; circa quam adſtant Idaeae Nymphae obſtetrices, & nutrices, Corybantes, & Satyri. Philoſtratus iunior Alcmenam trepidantem deſcribens ob immiſſos a Iunone dracones in cunas Herculis, (5) egreſſam e cubilo facit ſola tunica amictam, incompto capillo, & manibus extenſis vociferantem. Feminas ante partum omnem corporis ornatum deponere conſuevıſſe docet Oppianus, (6) qui puellam partus cruciatibus proximam deſcribens, crines ſolviſſe, ſtrophium, & faſciam, ſive mitram caput pulchre vincientem, ceteraque muliebris mundi ornamenta exuiſſe affirmat. Zonam quoque ſolviſſe feminas iam iam parituras conſtat; quod erudite in Callimachi hymnum in Delum obſervat vir illuſtris Ezechiel Spanhemius, (7) & Iacobus Philippus Tomaſinus diſſerens de votis Parturientium. (8) Scopulo innixa cubat Rhea, & ſupplicantium more manus ad caelum tendit: quod parturientibus familiare fuiſſe docet his verſibus Ovidius, Alcmenam loquentem inducens: (9)

Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Feſſa malis, tendenſque ad caelum brachia, magno
Lucinam ad nixos partus clamore vocabam.

TA-

(1) Vide Pauſaniam in Arcadicis Cap. XXXVI. (2) Pag. LXXVI 6. 7 (3) Lib 1. Saturn. Cap. XX. (4) In ſolect. Numiſm. Imper. n. IX. pag. 127. (5) In Iconib. *Hercules in cunis* pag. 841. (6) Libro 1. Cyneget. (7) pag. 7. (8) Cap. XIV. (9) Metamorph. lib. IX. v. 585.

TABVLA I.

RHEA SAXVM FASCIIS INVOLVTVM SATVRNO PRAEBENS PRO IOVE INFANTE.

SAturnus, ut fabulantur, accepto oraculo fore ut e regno a filio pelleretur; vel quod ita cum Titanibus conveniſſet ut filios omnes e ſe natos occideret; Iovem filium recenter natum e medio tolere, ac devorare conatus eſt: ſed Rhea eius uxor ad eum cum fraude accedens, clam per aliquot dies educato Iove puero, Cretamque tranſmiſſo, pro eo ſaxum faſciis involutum, infantem ſpecie referentem, obtulit; quod ille ſtatim deglutivit, ut ſcribit Pauſanias. (1) Id totum oſtendit hoc eiuſdem Arae pulcherrimum anaglyphum. Saturnus in pereleganti ſcamno ſedens cernitur, dextera manu ſaxum faſciis circumvolutum pro infante ſibi oblatum a Rhea, arripiens, ſiniſtramque admovens capiti velato pallio; quo etiam inferiores tantum corporis partes cooperiuntur. Pedes habet perpulchris crepidis ornatos; at in Sarda Gemma ex Dactyliotheca tua, Franciſce Victori Ornatiſſime, & amici noſtri Equitis Hieronymi Odam, cuius iconiſmum ab eo delineatum ad me miſiſti, nudis pedibus ſculptus eſt, ceteroquin vero huic ſimillimus; qui dextera manu falcem tenet, quod agrorum, vinearum, arborumque culturae auctor fuerit, Deorumque omnium habitus antiquiſſimus: (2) qua de cauſa, veluti curis, & aetate gravis, caput laeva ſuffulciens expreſſus eſt. In Saturno Ethnici Theologi Adamum e Paradiſo expulſum, agriculturae auctorem, & Noachum adumbrarunt; cuius filii Cham, Iaphet, Sem, quemadmodum orbem terrarum inter ſe diviſerunt; ita quoque Saturni filii Iuppiter, Neptunus, & Pluto totum orbem terrarum inter ſe partiti ſunt. (3)

Rhea abſoluta puerperii cura, veſtibus induta & calceis, adhuc tamen capite palla ſua velato, coram Saturno ſtans ſaxum faſciarum involucris abſconditum pro Iove devorandum utraque manu ei praebet. Hinc praeter omnes humanitatis leges Poenos ferunt immolare ſolitos in honorem Saturni filios ſuos, alio ſchemate tranſmutata eorum forma. (4) Latinos quoque conſtat quotannis virorum capitibus placare Saturnum conſueviſſe; quem ſacrorum morem Hercules quum in Italiam veniſſet, dicitur ſubſtuliſſe; & interpretato, oraculo iuſſiſſe pro capitibus humanis oſcilla in hominum effigiem e

creta

(1) In Arcadicis Cap. VIII. (2) Ex Macrobio Saturnal. lib. I. Cap. VII. & VIII. (3) Vide Gerardum Ioannem Voſſium de Theolog. Gent. Lib. I. Cap. XVIII. & Petrum Danielem Huetium in Demonſtr. Evang. Prop. IV. Cap. X. (4) Adi Plutarchum περὶ δεισιδαιμονίας.

creta facta dedicare, atque in honorem ejus lumina accendere; quia φῶς vocabulum tam *virum* significat, quam *lumen*. (1) Ad similitudinem anaglyphi huius Arae expressam fuisse puto Rheam in vestibulo templi eximii apud Plataenses, quam sculpsit Praxiteles, (2) saxum fasciis involutum, pro puero, quem pepererat, ad Saturnum deferentem. Quo vero in loco eadem maritum deceperit incertum est; nam de loci honore certant complures populi cum primis Cretenses, (3) Arcades, & Cheronenses, (4) aliique, quorum supra meminimus: quod, ut ait Lucianus, Dii gaudeant solo natalitio; (5) eamque terram, in qua nati sunt, ceteris omnibus urbibus, quamvis omni honore florentissimis, anteponere, & omnibus beneficiis cumulare non dubitent.

Memorant quoque veteres Mythologi astu Rheae e faucibus Saturni, (nempe temporis, quod significat, a quo omnia devorantur absumunturque) ereptum Neptunum, quem quum peperisset, in ovile abditum, opilionibus inter agnos educandum tradidit; ac pro eo equinum pullum, quem se enixam fuisse simularat, eidem vorandum obtulit; quam fabulam exponit Pausanias. (6)

Ex hoc insuper elegantissimo, ac maxime singulari Arae anaglypho liquet quomodo infantes fasciis involvi, & educari consueverint; quod etiam ex nummis, qui infantem Iovem praeferunt, per spicuum est; (7) & ex locis notatu dignis apud Pausaniam, (8) Philostratum (9) Athenaeum, (10) & Lucianum, (11) aliosque plures auctores, quae ad alia properans praetermitto.

TABVLA II.

IVPPITER INFANS A CAPRA AMALTHEA ALTVS ET A CVRETIBVS OCCVLTATVS.

SAturnus, uti finxere, (12) ut sensit se ab uxore deceptum fuisse, Iovem infantem filium suum quaerere coepit: verum Rhea elusis eius insidiis in Dictaeum antrum in Cretae monte statim illum detulit,

(1) Ex Lactantio Firm. Lib. 1. Cap. XXI. de falsa Relig. Ovidio Fastor. Lib. v. v. 636. Macrobio Saturnal. Lib. 1. (2) In Boeotic. Cap. II. (3) Ex eodem Pausania in Boeoticis Cap. XLI. (4) In Arcadicis Cap. XXXVI. (5) In Patriae encomio Tom. 1. pag. 874. (6) In Arcadicis Cap. VIII. (7) Vide Spanhemium in Callimachum in hymnum in Iovem pag. 15. 16. 18. 19. 23. (8) In Atticis Cap. XXXVIII. in Boeoticis Cap. II. (9) Icon. Lib. 1. Mercurium infantem describentem. (10) Deipnosoph. Lib XIII. c. 8. pag. 606. (11) Dial. Apollinis, & Vulcani Tom. 1. pag. 192. Vide etiam Longinum de sublim. dic. Sect. ult. Claudium de Nutricibus Cap. IV. (12) Hyginus Fab. CXXXIX. Ovidius Fasturum Lib. IV. v. 195. Diomedes Lib. III. de Arte Grammat. Cap. de Pedibus. Vide etiam Diodorum Siculum Lib. V. & XVI. & Strabonem Lib. X.

tulit, & Curetibus, ſive Corybantibus miniſtris ſuis, quos multis artibus inſtruxit, & eudere ferrum, & aes invenire, & pyrrichen armatam ſaltationem, lacralque Deorum caerimonias docuit, ſedulo occultandum tutandumque tradidit. (1) Hoc igitur Arae anaglyphum exhibet Iovis pueri educationem, Rheae magnae Deûm matris vigilem curam, & Corybantum aſſiduam euſtodiam.

Rhea, ſive Cybele praealto ſaxo inſidens eum ſervat. Maerentem, laſſamque, ni fallor, indicat veſtis lacinia, ut mos fuit, quam laeva ori admovet vel ad lacrymas, vel ad ſudorem ex itinere ſuſceptum abſtergendum, eo prorſus modo uti in defunctorum ſepulcris cernitur ſculpta Venus maerens in profectione Adonidis ad venenandum. Quamvis vero triſtis ſit ob inſidias maximae voracis Saturni, ſplendidiori tamen veſtium cultu ornata eſt, elegantioremque in modum comptos habet capillos, & murali corona caput redimitum; quod Dea urbium cuſtos, & tutelare numen ſit, quemadmodum egregie a Lucretio deſcribitur. (2)

Iuppiter infans nullis ſaeciis involutus in ſcopulo ſedet a capra Amalthea alendus: cui hinc nomen Αιγιόχου adhaeſit, (3) ac pro aegide caprina pelle uſus eſt, atque pro inſigni in clypeo eamdem capram geſſit, ſibique ſacram eſſe voluit. (4) Alii Iovis nutrices apes fuiſſe ferunt; alii vero, reiectis fabulis, Amaltheam, & Meliſſam Meliſſei Cretenſium regis filias caprino lacte, & melle eum nutriviſſe tradunt. In nummo ſub Antonino Pio percuſſo, quem adfert doctiſſimus Ezechiel Spanhemius, infans Iuppitet ab eadem capra vectus cernitur. (5)

Rheae partum protegunt Curetes, qui etiam Idaei Dactyli dicti ſunt: ac, ne pueri vagitus exaudiatur, inter ſe concurrentes, & circa ipſum ſaltantes tinnitu aereorum clypeorum, quos gladiolis quatiebant, perſtrepero ſonitu tutant. Quod hic duo, non tres, aut plures Curetes, ſive Corybantes ſculpti ſint, eorum opinionem confirmat, qui eoſdem fuiſſe Caſtores autumant. (6) In nummo Laodicenſium Phrygiae in honorem Caracallae percuſſo, quem ex Muſeo Maurocaeniano protulit, & illuſtravit C. Patinus, inter alios plures, tres Corybantes ſculpti ſunt, qui Iovem euſtodiunt. (7) Differunt plane ab his armorum ornatu, & veſtibus. Corybantes ſpectatos in theatris a Graecis, & a Romanis, hoc modo ſaltaſſe arbitror; quorum perſonas induere iuvenes nobiliſſimi minime dubitarunt, Luciano teſte. (8) In hac Ara longa expreſſos caeſarie vides, itemque chlamyde amictos, ceterum nudos toto corpore, & galeas putas geſtantes, ob quarum formam Curetes, ut aliqui volunt, appellati ſunt. Ovidius, cuius etiam verſus adfert Lactantius Firmianus, (9) non ſolum clypeos, ſed etiam

(1) Ex Plinio Lib. VII. Cap. LVI. Diodoro Siculo Lib. XVII. Vide Franc. Iunium in Catal. Artificum in voce CYRETES, & DACTYLI IDAEI. & Fabrettum in Col. Traiani Cap. III. a pag. 78. ad pag. 83. Lucianum de Saltatione. (2) Lib. II. v. 598. (3) Vide Giraldum in Syntagm. II. Hiſt. Deor. (4) Ex epigr. Anthol. Lib. I. Cap. XLI. n. 5. (5) Vide Ez. Spanhemium in Obſervat. in Callimachi hymnum in Iovem pag. 15. 16 17. 18. (6) Vide Pauſaniam in Phocicis Cap. XXXVIII. & in Laconicis Cap XXIV. (7) Pag. 74. (8) De ſaltatione Tom. IV. pag. 144. (9) De fal. Rel. Lib. I. Cap. XXI.

etiam galeas a Curetibus pulſatas fuiſſe non gladiis, ſed ſudibus ita teſtatur: (1)

Ardua iam dudum reſonat tinnitibus Ida,
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars clypeos ſudibus, galeas pars tundit inanes;
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit, priſcique manent imitamina facti;
Aera Deae comites raucaque terga movent.
Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant.
Tybia dat Phrygios ut dedit ante modos.

Quod vero Iuppiter in antro Cretae latuerit, arcaniſque ſacris cultus fuerit, facile crediderim ARCANVM exinde cognominatum fuiſſe. Praeneſte templum, & aram fuiſſe Iovis Arcani docet haec perrara inſcriptio, quae nuper ibidem eruta eſt; quam mecum communicavit V. C. Ioannes Bottarius Florentinus, amicus meus optimus, ſummo iudicio, doctrina, omnigenaque eruditione excultiſſimus; cui in Romano Archigymnaſio ſacrarum Hiſtoriarum, & Controverſiarum interpretandi, ac docendi munus a Clemente XII. Pontifice Optimo Maximo merito honore demandatum eſt.

P. ACILIO P. F. MEN
PAVLLO
IIIIII VIR. AVG. Q. COL.
AED. II VIR
FLAMINI DIVI AVG
CVR. ANNONAE
CVR, MVNERIS PVBLICI
CVR. KAL
CVLTORES IOVIS
ARKANI
REGIO MACELLI
PATRONO DIGNISSIMO
L. D. D. D.

(1) Faſtorum Lib. IV. v. 195.

TABVLA III.

IVPPITER REX SEDENS IN CONCILIO DEORVM.

PVlſo Saturno e regno, atque, ut ferunt, luctа ſuperato ab Iove in Olympicis ludis, (1) iactis ſortibus, eiuſdem Saturni & Opis filii, Iuppiter caelo terraque, Neptunus mari, Pluto inferis locis imperio potiti ſunt. Igitur Iuppiter regnator hominum Deorumque conſtitutus, qualis in caelo ſedens fingitur, praeſertim a Poëtis, talis in hoc anaglypho pereximii, & vetuſtiſſimi operis exhibetur ſolus ſedens, adſtantibus ceteris magnis Diis. Perelegans, & magnificus thronus inſiſtit eminentiori terrae ſcopulo, qui pedibus Iovis calcatur, ac fortaſſis ad altricem inſulam Cretam alludit, e qua primum ortam religionem, Iovisque cultum a Cretenſibus inventum, ac monſtratum fuiſſe docet Sallustius apud Servium in tertium librum Aeneidos. Infra eumidem ſcopulum humiliori in loco ſtant ceteri Dii; quod multa ſolertia ſculptor expreſſit, ut ſolum Iovem Exuperantiſſimum, ſicut in veteri Ara ei ſacra, (2) & in nummo Commodi appellatur, (3) omniumque Deorum eminentiſſimum oſtenderet. Sub throno globus univerſi terrarum orbis, ſummique imperii index poſitus eſt. Nullum heic locum habet aquila, quam non raro ſuper ſceptro eiuſdem Iovis veteres ſculptores ponere conſuevere: (4) illud vero animadverſione dignum eſt, quod perraro exemplo caput habet Iuppiter Rex muliebri cultu exornatum comptumque, & mitra revinctum, quemadmodum a Cteſilocho pictum fuiſſe memorat Plinius. (5) Capilli non ſoluti ſunt, & in humeros defluentes, ſed, ut feminis mos eſt, poſt occiput collecti, & religati, & ſupra aurem concinne reducti. Dextera manu ſceptrum a Vulcano fabricatum tenet, verendae maieſtatis inſigne, per quod veteres iurare conſuevere, colentes illud, ac magno in honore habentes: (6) ſiniſtra praefert fulmina, cuius radii, & iacula non expanſa ſunt ad terrorem, ſed collecta. (7) Pallium purum eſt, non liliis, & floribus, variiſque animalibus diſtinctum, ut in Iove Olympico idem Pauſanias deſcribit; (8) quod relicto nudo pectore, inferiores tantum corporis partes tegit, uti a Graecis, Etruſcis, atque Latinis repraeſentari ſolitus fuit. (9) In extrema

ora

(1) Ex Pauſania in Eliac. Prior. Cap. VII & in Arcadicis Cap. II. (2) Vide Sponium in Miſcellaneis Sect. III n. I. (3) Confer Ez. Spanhemium in hymnum Callimachi in Iovem pag. 42. (4) Ex Pauſania in Eliacis Prior. Cap. XI. (5) Lib. XXXV. Cap. X. Vide Lucianum in Dial. Cupidinis, & Iovis Tom. I. pag. 190. (6) Ex Anthologiae Lib. I. Cap. IX. n. 10. Vide etiam Pauſaniam in Boeoticis Cap. XL. & XLI. (7) Confer Lucianum in Timone Tom. I. pag. 98. (8) in Eliacis Prior. Cap. XI. (9) Vide ad Monumenta addita Dempſteriano Operi C. V. Philippi Bonarrotii Senatoris Explicat. & Coniect. §. II. *De Iove* pag. 9.

ora eiuſdem pallii prominent quidam flocculi ovalis figurae, uti etiam conſpiciuntur in chlamyde, qua ut in ſuperiori Tab. II. Curetes, vel Corybantes amicti ſunt; quos elegantiae, & pulchritudinis cauſa, veteres pictores, & ſculptores addere veſtibus conſuevere; quod etiam ab Etruſcis noſtris in exemplum factum obſervavi in aliquibus ſculpturis, ac praeſertim in aenea ſtatua, quae ſummum virum oratorio geſtu declamantem exhibet, quam ferunt Peruſiae repertam, exſtatque in Regio Muſeo Mediceo; cujus etiam veſtis priſco more non brevi inſcriptione ornata eſt. (1)

Crepidae Iovis perelegantes ſunt; notandumque eſt ceteros Deos nudis pedibus eum circumſtare, excepta Iunone, quae adſtat e regione calceos communes induta, ornatoque capite mitella, quod Iovis uxor, coniuxque ſit, & Regina, quum aliae Deae, vel vitta, vel diademate religarum habeant caput. His obſervatis non dubito fore pleroſque qui mirentur in tam brevi marmoris ſpatio tanto ordine tantaque elegantia diſpoſitos duodecim Deos; qui omnes haudquaquam otiantur, ſed vel cum ſocio Deo, vel cum Iove colloquuntur, & varios motus edere videntur.

In hoc Deorum conſenſu, forte eiuſdem Iovis annuam nativitatem celebrantium, qui nam Dii convenerint nunc exponendum eſt. Hi certe maiorum gentium ſunt, caeleſtes, ſelecti, atque, ut aiunt, XII Conſentes, qui ab Ennio his verſiculis recenſentur:

Iuno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus; Mars;
Mercurius, Iovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Iuno, ut aliquo procedam ordine, quem ſervaſſe videtur huius Aras ſculptor, coram Iove Rege, ac ſupremo Domino ſtat. Minerva honoris cauſa a dextris eiuſdem Iovis eſt; tantoque iudicio ſculpta, ut iterum ex Iovis capite naſci, atque in medium prodire quodammodo videatur. Adſtat a ſiniſtris eiuſdem Iovis Mercurius Deorum interpres, amictus chlamyde, marſupium, & caduceum gerens, caputque habet tectum petaſo. Proximus quoque Iovi, & Iunoni eſt Apollo, notus ex augurali fronte, eiuſdemque Iovis dexterum brachium, quo ſceptrum tenet, quodammodo tangere videtur; cuius caput pulcherrimo crinium cultu ornatum eſt: nam non gerit lauream coronam, ſed e ſuis capillis in elegantes tricas complicatis, & circa caput revinctis, ceteris perpulchre calamiſtratis, ſertum gerit omnium nobiliſſimum; quod etiam accuratiſſimus Eques Hieronymus Odam in marmorea ſtatua Apollinis apud Antium erutа obſervavit, quae Romae conſpicitur in aedibus Excell. Ducum ex Comitibus; & in alio eiuſdem Apollinis capite e marmore fracto, quod inter rudera aureа Domus Neronis nuper inventum eſt.

Supra caput Apollinis, ut perbelle conſpici poſſit, eminet eius ſoror Diana: proximum vero caput in angulo Aras ſemifractum forſitan Veſtam exhibet, ac poſt Iunonem ſculprum fuiſſe Martem auguror, cuius tantum crura ſuperſunt. Venus Minervae ſemper ad-

(1) In eodem Opere Th. Dempſteri de Etruria Regali Tom. I. Tab. XL. pag. 281.

verſa, terga eidem vertens ſculpta eſt, uti in Gemma Mediceae Dactyliotechae obſervavimus. (1) Poſt thronum Iovis Ceres primum occupat locum; deinde cernitur Vulcanus, capite, ut ſolet, tecto pileo; alteroque in angulo Aræ, ni fallor, ſculpta eſt pro Neptuno, qui deſideratur, Hebe; quae cum Vulcano pocillatore Diis in concilio congregatis, ut docet Homerus, (2) divinum miſcet nectar, ac ſuavem ambroſiam.

Ex antiquitate, elegantia, anaglyphis ad Mythologiam illuſtrandam locupletiſſimis, nemo non videt quanti haec Ara aeſtimanda ſit; tamen eo erit illuſtrior ſi quis IOVI LATIALI dedicatam fuiſſe cenſeat, quem in Albano monte conſtat quotannis magno honore, nundinis, epulis, ſacrificiis, libis cultum fuiſſe in feriis Latinis & non ſolum a Romanis, verum etiam a Latinis, Hernicis, Volſcis, aliarumque urbium foederatarum populis, quae ex inſtituto Tarquinii Regis ſacrorum participes erant. De his fuſius Dionyſius Halicarnaſſeus, quem indicaſſe ſufficiat, ne lectori moleſtiam creem. De Iove Latiali crebra apud auctores mentio. Lucanus Lib. 1. ſic canit:

Et reſidens celſa Latialis Iuppiter Alba.

TABVLA IV.

1. ARA MERCVRIO AVGVSTO SACRA.

Sveſſae exſtat, ex Minturnarum ruinis avecta.

MERCVRIVS, cui perelegantem hanc Aram dono dedit voti compos factus M. Fulvius Fauſtus Miles Veteranus, appellatur *Deus Sanctus Auguſtus*. Saepius in aris non ſolum Iuppiter, ſed etiam ceteri Dii *Auguſti* dicuntur. Quod vero in hac Mercurius Sanctus nuncupetur, nunc primum adnotandum eſt. Plures exſtant in Gruteriano Theſauro votivae tabulae, & baſes a militibus dedicatae Mercurio. (3) Sculptus eſt Maiae filius, Deorum interpres, tunica ſuccincta, & chlamyde ornatus, eo modo uti eum effinxit Calliteles, (4) geſtatque pileum Arcadicum quadratum, & alis inſtructum. (5) Pedes nudi ſunt, ſed aligeri; e contra in vetuſtis Etruſcorum monumentis ſculptus eſt pedibus ornatis, vel calceis, vel caligis, ſed ſine alis. (6) Dextera marſupium, ſiniſtra caduceum praefert, cuius virga, ſceptro haud diſſimilis eſt; nam ferunt eum Iovis ſceptrum in caelis ſervaſſe. (7) Ad eius dexteram capricornus conſtitu-

(1) In Vol. 1. Muſei Florentini Tab. LXII n. 1. pag. 128. (2) In fine Lib. XII. Odyſſ. & alibi. (3) Pag. LI. 4. 5. 6 (4) Vide Pauſaniam in Eliacis Prior. Cap. XXVII. (5) Mercurius ornatus pileo Arcadico laudatur in Graeco Epigrammate Ammiani in Anthol. Lib. II. Cap. XLVI. 8. (6) In Dempſter. Opere Tab. I. & III. IV. (7) Ex Pauſania in Boeoticis Cap. XL.

ſtitutus eſt, felicitatis ſymbolum: ſi vero hircus ſit marinus, (nam hircus quoque Mercurio ſacer eſt, in quem ſe transformavit, atque ita ex ea Nympha Pana Deum genuit) ut opinor, lucris, & divitiis, quae ex maritimis mercaturis, & negotiis parantur, atque eo praeſente, ut credebant, feliciter ex navigationibus proveniunt, eumdem praeeſſe ſignificat. Ita quoque delphinus, & ſerpens Fortunae tributus, ut in ſimulacro, quod exhibet Michaël Cauſeus in Muſeo Romano, (1) innuit eam navigationi praeeſſe, & prudentiam ad fortunas ſtabiliendas requiri. Mercurium Πελάγιον *Marinum*, Θαλάσσιον *Maritimum* veteres coluiſſe conſtat; quod obſervavi in Volumine primo Gemmarum antiquarum in opere, quod inſcribitur Muſeum Florentinum. (2) Piſcandi artem, atque ex ipſa rationem parandi lucra docuiſſe memorat Oppianus; cui piſcatores voti cauſa inſtrumenta ſua, non ſecus ac Neptuno dedicare conſuevere. (3) Eidem Mercurio ſacrum fuiſſe piſcem boacem adfirmat Euſtathius; (4) quod idem piſcis nomine ſuo, & ingenti ore recte Deorum praeconem, & caduceatorem exprimat. Ad laevam eiuſdem Mercurii gallus ſculptus eſt, qui etiam Apollini, (5) Minervae, (6) Aeſculapio, (7) & Deo Luno ſacer eſt; (8) ſed Mercurio potiſſimum tribuitur, quod vigilantiae ſit ſymbolum, indicetque lucra, & divitias non adipiſci ab his, qui ſomno & otio indulgent.

Huius Aras inſcriptionem edidit Iacobus Spouius ex Schedis Barberinis; (9) quarum maxima ex parte auctor fuit noſter Donius; ſed anaglyphum, quod nunc primum in lucem prodit, nec deſcripſit, nec aereae Tabulae incidendum curavit.

II. ARA IVNONI LVCINAE SACRA.

IN EADEM TABVLA IV.

Salerni exſtat.

MVlta continet haec Ara obſervatione digna. IVNO LVCINA, cui eadem ſacra eſt, virginum more ſuccincta cernitur, adhuc non ſoluta zona; dextera puerulum elevat, qui manibus ſuis eidem dexterae innititur, ſiniſtra taedam ardentem tenet. Pindarus celebrat Iunonem Παρθένιον *Virginem*, (10) quam in inſula Samo, quae idcirco

(1) Tab. XXII. Sect. II. pag 47. & 48. (2) Pag. 144. (3) Vide Antholog. epigramm. Lib. VI. Cap. III. I. 2. 3. (4) In Lib. A. Iliad. n. CLXV. pag. 175. novae editionis Florent. (5) Vide Ez. Spanhemium de Praeſt. vet. Numiſm. pag 168. 169. (6) Ex Pauſania in Eliacis Poſt. Cap. XXVI. (7) Ex Luciano in bis Accuſato Tom II. pag. 661. (8) Vide Io. Vaillantium de Colon. Vol II. pag. 23. 36. (9) In Miſcellaneis Sect. II. Artic. VIII. pag. 43. (10) Olymp. Od. VII. Conſule Spanhemium in Obſervat. in hymnum in Delum pag. 359. 360.

circo Parthenia dicta eſt, adhuc virginem educatam fuiſſe, ibique Iovi nupſiſſe ferunt.

Creſcens Luna, quam capite getit, non Iunonem Lucinam, ſed Dianam indigitat. Verum quae Iunoni Lucinae conveniunt, eadem etiam Dianae ſunt communia, veſtes, capitis cultus, parientium cura, praeſidium, levamen, adeoque utraque LVCINA pro eodem parturientium numine vulgo habita, quod eruditiſſime oſtendit Ezechiel Spanhemius in Callimachi hymnum in Dianam; (1) quam ex Samiotum nummis pari honore cum Iunone Samia cultam fuiſſe conſtat. Diſerte etiam Catullus id teſtatur in hymno a choro puerorum, & virginum canendo;

Tu LVCINA *dolentibus*
IVNO *dicta puerperis*:
Tu potens Trivia, & noto es
Dicta lumine Luna.

Eadem etiam a Theoctito Εἰλείθυια λυσίζωνος dicta. (2) Tum Iuno, tum Diana merito LVCINA, & LVCIFERA dictae quod inter alia natis in lucem prodituris praeſto eſſent, & lucem naſcentibus tribuerent, atque ut ait Proclus, (3) quod inconſpicuas naturae rationes benigne in lucem educant, atque hac de cauſa cum ardenti face, ſeu taeda ſculptae ſunt. PHYSICA quoque, & LVCIFERA, & *Luceſia* appellata, atque ob beneficia, quae praeſtare credebatur OPIFERA, & ΣΩΤΕΙΡΑ *Servatrix*; ob officium veto, & obſtetricandi munus, quod a Parcis habuiſſe traduntur, LOCHIA vocata eſt; quod cognomen obſervavi in marmorei vaſis inſcriptione, quae adſertur in Gruteriano Theſauro. Obſtetricum praecipua cura fuit infantem quem puerpera depoſiviſſet, ſcuto excipere, uti ab Alcmena factum nato Hercule narrat Theocritus; deinde ex humo tollere, ac levare: quod officium perſpicue refert Iuno, ſive Diana Lucina eleganter ſculpta in hac ara. Sanctiot vero in Eccleſia Dei ritus per multa ſecula manſit, ut infantes prius quam aquis divinae regenerationis tingerentur ſuper pavimento collocarentur, & inde a ſuſceptoribus tollerentur, qui hodie obſolevit. Foetus deinde in aqua proximi fluminis obſtetrices lavabant, ac poſtea faſciis circumligatos in cunis reponebant, omnemque eorum munditiam, & cultum parabant.

Marmoream hanc Aram dedicarunt *Iunoni Lucinae T. Albius T. F. Voltina* (Tribu) *Albanus, & Iulia Albana, Flaminica Auguſtalis, honore uſi, Collegii Dendrophorûm Patroni Quinquennales*. Paullo aliter inſcriptionem edidit Reineſius in Claſſe I. n. CCLXXXIII. pro ALBANVS habet ALBANIVS, & pro ALBANA, ALBANIA; in Indice vero *Albianus*, & *Albiana*. Facile crediderim cum B coniunctum forte fuiſſe I hoc modo la atque adeo ut dicat *Albianus*, & *Albiana*.

Flaminicae in honorem Auguſtorum inſtitutae in Coloniis ſacrificanti Flamini praeſto erant, & miniſtrabant; de quibus luculentet Alexander ab Alexandro. (4) Fuere etiam Coloniarum Flaminicae & quae

(1) Pag. 283. 284. 515. 364. (2) Idil. 17. v. 60. in Anthol. Lib. I. Cap. XXXIII. n. 4. (3) In Platonis Πολιτείαν p. 353. (4) Horat. lib. IV. Od. 6. v. 37. Genial. Lib. 6. Cap. XII.

& quae Deabus inſerviebant in ſacrificiis, quae iiſdem fiebant. Quod igitur T. Albius Albanus, & Iulia Albana Patroni quinquennales creati fuere Collegii Dendrophorûm, hanc ipſam Aram Iunoni Lucinae, quae praecipuo honore Saletni colebatur, eo honore uſi dedicarunt. Feminas quoque in patronas Collegiorum adſcitas fuiſſe complures antiqui lapides teſtantur, ut fuſius oſtendi in Parte II. Inſcriptionum antiquarum, quae exſtant in Etruriae Urbibus; (1) quas publici iuris quamprimum faciam.

III. ARA PANI DEO SACRA.

IN EADEM TABVLA IV.

Hiſpelli exſtat.

PANOS Dei Agreſtis, & Montani, agrorum finiumque domini, & tutoris nomen reticetur in hac Ara pulcherrima, ſed tantum DEO SANCTO inſcribitur, ac dedicatur; id enim ſupervacaneum viſum eſt quum ejus effigies exhibeatur. In rem noſtram facit Valerius Flaccus: (2)

——— Nec dona, nec arae
Defuerint tellure mea: veneranda fluentis
Effigies te, Phaſi, manet.

Quod nam vero beneficium acceperint T. Flavius Atimetus, & Flavia Sabina Liberta, ejus, ut arbitror, uxor, non exprimitur; ſed coniicere facile poſſumus ex ſequenti inſcriptione, quam explicat Iacobus Philippus Thomaſinus, (3) quod ſtabili conſenſu vitam in coniugio ſuavem fauſtamque ducerent, idque ex eius munere agnoſcerent.

LVCIDO PANI
C. QVINTIVS. MVCIANVS
ET. HERODIA. SYNNESIA
VXOR. DVLCISSIMA
V. S.

Votivam hanc Aram, & χαριστήριον iidem coniuges poſuere pro gratiarum actione; nam expreſſum eſt quod GRATIAS [ſupple AGENTES, ut in adſimili votivo lapide Mercurio ſacro, quem ſubiicio] (4) NVMINI eius dedicarunt.

A E-

(1) Vide inter Arretinas pag. 209. & 210. (2) Argonaut. Lib. V. (3) De Donariis Cap. XV. (4) Ex Gruteri Theſauro p. LXX. 4.

AESCVLAPIO · SANCTO
L. IVNIVS. AGATHOPVS. ET TERENTIA. RV
FINA. GRATIAS· AGENTES. NVMINI. TVO D.D

Pan Deus, maximo honore in montibus Arcadiae cultus, ſculptus eſt amictus chlamyde e cervina pelle, ei ſacra, (1) ridenti, ac blando ore, ſedenſque ſub umbra patulae arboris, quae quercus ejus tutelae dedicata videtur. Septem diſparibus calamis compactam fiſtulam dextera tenet; huius enim inſtrumenti inventorem fuiſſe ferunt, eodemque non ſolum caprarum, & ovium greges, ſed Nymphas quoque mulcere, & ad choreas agendas excitare ſolitum. Virgilius ita cecinit: (a)

Pan primus calamos cera coniungere pluris
Inſtituit: Pan curat oves, ovilumque magiſtros.

Hoc enim organum conflavit, ut Poetae fingunt, mutata Syringa Nympha in paluſtres calamos, quum eum fugeret inſequentem, ut docet Ovidius. (3) (4) Tibiarum quoque fuit modulator praeſtantiſſimus, quare tibiis canens expreſſus eſt in nummis Paneados urbis Phoeniciae; (5) cui etiam nomen dedit. Clavam laeva manu tenet, atque non ſecus ac facit Iuppiter, tamquam ſceptrum oſtentat, quae ei ſacra dicitur, (6) quod Bacchum contra Indos pugnantem valde iuverit. Cum clava exhibetur etiam in antiquis ſculpturis Silvanus apud Iacobum Philippum Thomaſinum, (7) qui ab aliquibus idem, ac Pan eſſe creditur. Hinc vetus Gloſſa Πὰν, Θεὸς ἁλαῖος. (8)

Quercui ſuſpenſa ſunt donaria, ut fieri ſolebat in honorem Deorum Agreſtium, & Montanorum; eodemque modo eidem Pani Deo fiſtulam ſacratam fuiſſe docet Tibullus: (9)

Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum
Garrula ſilveſtri fiſtula ſacra Deo.

Sed, ut videmus, appenſa ſunt cymbala; quae in feſtis in honorem Bacchi pulſari ſolebant. Fuit enim Pan Bacchi comes, eiuſque chori ductor, mulices ſtudioſiſſimus, & ſaltatorum inter Satyros agillimus, uti apud Lucianum. (10) Si quis vero non cymbala

(1) Vide vetus Epigramma in Antholog. Lib. VI. Cap. X. (a) Eclog. II. v. 32. (3) Metamorph. Liſi. I. Fab V. v. 78. (4) Vide Epigramm. Anthol. Lib. I. Cap. LXVII. n. 1. 5. Philoſtratum Icon. Lib. II. pag. mihi 797. (5) Apud Henr. Noriſium de Epochis Syromacedon. Diſſert. IV §. IV. pag. 375. 376. (6) Vide Epigr. Anthol. Lib. VI. Cap. IX. n. 2. (7) De Donariis Cap. XXIV. pag. 158. (8) Confer Martianum Capellam de Nupt. Philog & Merc. lib. I. (9) Lib. II. Eleg. V. v. 29. (10) In Bis accuſato Tom. II. pag. mihi 666. & Tom. III. in Dialogo Panos, & Mercurii.

la, ſed tintinnabula putet ſuſpenſa, non repugno; nam haec quoque in Orgiis Bacchi a miniſtris eius furore afflatis adhiberi ſolebant. (1)

Victimas in honorem Panos immolatas, praeter donaria poſita cum gratiarum actione a T. Flavio Atimeto, & Flavia Sabina, indicat ſimpuvium, & patera ſculpta in utroque latere eiuſdem arae; quae etiam ſacrificalia inſtrumenta Diis donari ſolebant.

IV. ARA MINERVAE MAGARSIDI SACRA.

IN EADEM TABVLA IV.

Inventa in ruinis Calatiae.

DEA Magarſis Pallas a Magarſo urbe Ciliciae, ut vult Tzetzes ad Lycophronem, (2) ſive, ut rectius Stephanus derivat, a colle in Cilicia cognomentum deſumpſit, ibique magno in honore habita eſt; cui Magnus Alexander ſacrum fecit, ut memorat Appianus. Solam inſcriptionem huius arae edidit Reineſius ex Schedis Holſtenianis, non indicato loco ubi exſtet. (3) Hanc aram ornatam ſigillo Minervae Magarſidis dedicavit Tiberius Iulius Syrus; ita enim ſupplendae ſunt litterae, quae deſunt, ut mihi videtur: ΘΕΑΝ ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ ΤΙ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΣΥΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Minerva ad ferendum auxilium parata, recto ſtatu ſculpta eſt; ſcutum brachio dextro inſertum tenet, ſiniſtra vero haſtam, quam utraque manu tractare novit. Ad pedes ſerpens e ſinuoſis orbibus adſurgens, & eius veſtem dupliciter ſuccinctam lambens; qui inſignem eius ſapientiam divinandique peritiam deſignat; (4) quae etiam in vetuſtis inſcriptionibus FATIDICA appellatur; (5) vel quaſi ſignum ſalutis, & prudentiae adponitur, quo perſaepe eius galea ornatur. Heſychius οἰκουρὸν ὄφιν *cuſtodem ſerpentem* Minervae appellat. Ante pectus eiuſdem Deae bellatricis pro capite Meduſae Gorgonis pender bulla, quae etiam Iunoni ſacra fuit, & Diis Laribus; (6) ſed id non adfirmo, quum in ea parte marmor ſit ob vetuſtatem non parum detritum.

(1) Vide Fabrettum Inſcr. ant. Cap. VI pag. 429. (2) Ver. 442. (3) Claſſ. I. n. CXXIX. (4) Vide Lucianum de Aſtrologia. (5) Apud Reineſium Claſſ. I. n. CXXVIII. (6) Vide Gruterum pag. XXV. 3.

TABVLA V.

I. ARA NEPTVNO SACRA,

Interamnae in Foro.

NEPTVNO Deo ſervatori votivas aras non ſolum navigantes pro felici itu ac reditu, verum etiam nautae, atque portitores pro ſalute ſua, felicique in tranſvehendis vectoribus eventu, ut ex hac diſcimus, dedicare conſuevere. Neptuni ſimulacrum ſculptum eſt, qui dextera tridentem, laeva delphinem ſuſtinet; circa quem duo alii delphines ornatus cauſa adpoſiti ſunt, quos eidem gratiſſimos eſſe putarunt; (1) quare vel in manu, vel ſub pedibus eius conſtitutos videmus in nummis, & in antiquis ſculpturis. (2)

Huius aras inſcriptio, omiſſa anaglyphi delineatione, adfertur a Grutero ex deſcriptione Smetii; (3) qui a tergo eiuſdem aras ſcribit ſculptum eſſe ſacerdotem imberbem, ſtantem velato capite ad arulam ignitam, cum hac adſimili inſcriptione:

NEPTVNO SACRVM
L. VALERIVS NIGRI. L. MENANDER
PORTITOR OCRISIVAE

Ocriſiva fortaſſis flumen eſt, in quo, ut teſtatur eadem vetus inſcriptio, L. Valerius Menander portitoriam artem exercebat. In utroque latere ſculpti ſunt tres homines in cymba remigantes.

II. MAMERTINORVM PVERORVM FATVM.

IN *EADEM TABVLA V.*

Ex veteri pictura cubiculi, ſeu cellae detectae anno MDCXXXIX. iuxta Aedem D. Gregorii ad Clivum Scauri.

EA fuit vetus conſuetudo non Graecorum modo Etruſcorumque, verum etiam Romanorum ornare ſepulcra defunctorum fabulis tum feralibus, quae vim mortis, fatorumque arbitrium, ut cre-

(1) Ex Hygino Aſtronom. Lib. II. in Delphino. (2) Vide Pauſaniam in Corinthiacis Cap. XXXV. & in Phocicis Cap. XXXVI. (3) Pag. LXII. 5.

credebant, referrent; tum laetis, atque omnino iucundis, quae Elyſiorum amoenitatem, gaudia, voluptateſque exhiberent. Feralem hanc picturam eximii operis, quam viris doctis nunc primum exponimus, ab iniuria temporum, & oblivione vindicavit noſter Donius, de antiquitate optime meritus; ornabatque parietem ſepulcralis cellae, quae, ut arbitror, Mamertinorum puerorum fatum repraeſentat.

Picti ſunt in navi aliquot pueri, atque cum his chori magiſter, & tibicen. Lugubris caſus hiſtoriam aperio ex Pauſania. (1) Quum Mamertini freti accolae ad feſtos ludorum dies, quos Rhegini ſolemni ritu agitabant, pueros trigintaquinque, cumque his chori magiſtrum & tibicinem miſiſſent, nave fracta, ad unum omnes periere. Eſt enim fretum illud foediſſimis tempeſtatibus infame. Mamertini hunc puerorum interitum luxere, atque cum alios illis honores habuere, tum ſtatuam ex aere ſuam ſingulis poſuere, cumque iis una chori magiſtro, & tibicini. Vetus inſcriptio donum eſſe Mamertinorum indicabat freti accolarum. Interiecto dein tempore Hippias, qui inter Graecos ſapientiae laude claruit, elegis titulos earum ſtatuarum fecit. Pictor ut commodo ſuo conſuleret perpaucos pueros expreſſit, navicula adhuc ſarta tecta, placidoque mari.

III. ARVLA SEPVLCRALIS REFERENS PYTES FATVM.

IN EADEM TABVLA V.

Detecta in Via Salaria, prope Vineam Lucidi Vrſini.

Dlis Manibus Iuniae Satyrae Libertae dedicata eſt haec perelegans ara ab Iunio Marci Liberto. Pinus Satyris, Faunis, Pani Deo, Minervae, ac magnae Deum Matri Cybeli grata fuit. (2) Pytin puellam a Borea, cui Pana Deum praetulerat, ſaxo illiſam, & a Tellure in coniferam pinum mutatam ferunt: quae feralis fabula emblema eſt huius arae. (3) Adſimilem ſepulcralem cippum adfert Fabrettus, (4) in quo ſculpta eſt Daphne in laurum verſa; quae fabula alludit ad cognomen Laberiae Daphues puellae defunctae, in cuius honorem lapis poſitus fuit.

(1) In Eliacis Prior. Cap. xxv. (2) Vide Propertium Lib. I. Eleg. XVIII. v. 20. (3) Vide Natal. Comitis Mythol. Lib. V. Cap. XX. (4) Cap. III. Inſcr. Ant. pag. 186. n. XXXVII.

IV. LAPIS VOTIVVS LATONAE PVERPERAE DEDICATVS.

IN EADEM TABVLA V.

In Vico S. Angeli iuxta Polum, inciſum in ſilice.

LAudat Plinius (1) LATONAE PVERPERAE ſimulacrum ab Euphranore ſculptum, poſitumque Romae in aede Concordiae, quae Apollinem, & Dianam infantes ſuſtinebat; atque, ut opinor, eo modo uti exhibetur in hoc votivi lapidis pereleganti anaglypho. Latona terram relinquens, iamque caelum in ſublime elata ſubitura, ſculpta eſt inflatis vento veſtibus, & peplo circa caput in gyrum protenſo, ac circumducto; dextera puerum radiatum, nempe Phoebum ſive Solem; ſiniſtra puellam nimirum Dianam, ſive Lunam, cum bicorni lunula poſt humeros inſidente praeferens. Ineditum putabam hoc monumentum antequam aereae huic Tabulae incidendum curarem; ſed eo iam inciſo deſcriptum comperi ab eruditiſſimo Adrienſi Antiſtite Philippo a Turre in Commentario de Mithra; (2) qui adlata tantum inſcriptione, obſervationes exponit Ezechielis Spanhemii, qui hunc ipſum lapidem delineatum exhibet in notis Gallice ſcriptis ad Caeſares Iuliani; (3) & hac mulieris figura *Aeternitatem* deſignari adfirmat; quae eadem plane forma occurrit in nummo Hadriani apud Oiſelium, (4) altera manu Solem, altera Lunam praeferens, cum inſcriptione AETER. AVG. a qua doctiſſimi viri ſententia ipſe haudquaquam diſcedo, & ad utramque Deam hoc emblema referri poſſe lubens fateor. Nam veteres tum Soli, tum Lunae aeternitatem tribuunt; (5) atque, ut in vetuſtis inſcriptis ſaxis legitur, SOL AETERNVS & LVNA AETERNA dicuntur. (6) Ita Deus Sol invictus Mithra, & Luna aeterna, quorum Sacerdos erat M. Popilius Lupercus e Tribu Oufentina, ſocia virtute cuncta *generando*, *& conſervando*, rebus omnibus, ut erat falſa quorumdam antiquorum opinio, *Aeternitatem* inducunt. Sol Mithra a Perſis appellatus eſt, quod nomen *Dominum* ſignificat. Hinc in Romana baſi: (7)

DOMINO. SOLI. V. S. TI. CLAVD
AMERIMNVS. LICTOR. CVRIATVS
Phi-

(1) Lib XXXIV. Cap. VIII. (2) Cap. III. pag. 184. (3) Pag. 460. quem librum non poſſideo. (4) Tab. 195 num. VIII. (5) Horus Apollo in Hieroglyph. in princip. (6) Apud Gruterum pag. XXXII. 10. 11. XLI. 11. & XXXIII. 5. XLII. 2. (7) In Gruteriano Theſauro pag. XXXIII. 4.

Philippus a Turre eamdem mulierem Iunonem etiam teferre poſſe exiſtimat, aërem figurantem, in quo collocata ſunt duo lumina, quae accenſa quoque face indicantur, Sol, & Luna, ideoque Iunonis manibus impoſita; quem ſi lector conſulet operae pretium faciet.

V. VRNA SEPVLCRALIS CINERARIA ORNATA SILENI POMPA.

IN EADEM TABVLA V.

In Vinea Carpenſi.

VLpia Italia elegantiſſimam hanc urnam ſepulcralem fecit matito ſuo bene merenti M. Aurelio Stephano M. Autelii Imperatoris Libetto, cuius officium fuit ab aegis Cubiculatiorum; videlicet curam habere Cubiculatiorum, qui aegrotabant. Silenus non aſello, ſed ariete vectus cernitur, monſtrante itet Satyto tibicine, adſtante puero cum palma, duabus Bacchis eum comitantibus; quatum altera eum amplectitur, altera veto ſettum offert. Palmae, & cotollae in pompa Bacchi ferri ſolebant; quod etiam a Ptolemaeo Philadelpho rege factum fuiſſe in Bacchica pompa memotat Athenaeus. (1) In uttoque latere ſculpti auſetes expanſis alis ſub fetali arbuſculo, ſeu frutice, qui ſepulcri cuſtodiam habendam deſignant. Bacchanalia frequentiſſime occurrunt in anaglyphis ſepulchrorum, quia Elyſiotum laetitiam, & voluptates repraeſentant, ut alibi diximus. (2)

TABVLA VI.

HERCVLIS EXPIATIO ET GESTA DVABVS COLVMNIS INCISA.

Romae exſtat in Muſeo Palatii Farneſiani.

SVbit nunc primum virorum etuditorum conſpectum haec petinſignis Tabula, quae HERCVLIS expiationem, & geſta duabus columnis inciſa praefert; quarum inſcriptio dialecto Dorica exarata non ſemel

(1) Deipnoſoph. Lib. v. Cap VI. & VII. (2) In Tab. VII. Monumenti, ſive Columbarii Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae, & Caeſarum pag. 16.

mel vulgata eſt, uti ex Reineſio, atque ex his, quae inferius dico pag. 30. colligi poteſt. (1) Sola inſcriptione haud contentus vir pietate atque eruditione longe praeſtantiſſimus Franciſcus Blanchinus Praeſul, Romanae Aulae decus, eam ad archetypi exemplum aereae huic Tabulae incidi curavit; quam, immaturo obitu ereptus, quum nedum illuſtrare, ut volebat, verum etiam in lucem edere potuiſſet, litterariae Reipublicae bono conſulens V. C. Ioſeph Blanchinus, olim Canonicus Veronenſis, eius ex fratre nepos, nunc inter Presbyteros Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Romae cooptatus, certante in eo cum multiplici eruditione eximia humanitate, animo lubens mecum, atque in perennem amicitiae teſſeram, communicavit.

Hercules igitur in medio duarum columnarum, quae eas forte referunt, quas idem Heros in Europae Libyaeque finibus oppoſitas conſtituit, (2) ſculptus eſt iuxta tripodem baſi impoſitum, ſine clava, intecto capite, pendente ex ſiniſtro humero non leonis Nemeaei ſpolio, ſed chlamyde. Dextera, quam porrigit, tenet pateram, quaſi acceptaturus libamina vini, quae IVNO ARGIVA a dextris, & VICTORIA, ſeu NEMESIS a ſiniſtris e colo in maiorem pateram, quam ignitae arae ſuperpoſitam tenent, infundunt. In eadem ara ſculptae ſunt Muſae, quae cum Hercule bene conveniunt, qui muſices fuit peritiſſimus, quam ab Eumolpo didicit; quare ut heroes ſolent, qui valde muſica delectantur, idem Alcides ſculptus non raro occurrit in antiquis monumentis lyrae fidibus canens; adeoque HERCVLES MVSARVM in nummis Q. Pomponii Muſae, & *Μουσηγέτης Muſagetes* dictus.

Baſis tripodi pulcherrimo atque ornatiſſimo ſubiecta, inſcriptione ornata eſt: quae quum iniuria temporis valde labefactata ſit, ex his quae ſuperſunt vix aliquid notatu dignum colligi poteſt. Ab Amphitryone patre Hercules dedicatus fuiſſe tripos videtur, cuius nomen clariſſime legitur in primo verſu. Trium ancularum, ſive empuſarum epiſtylis, quae craterem ſinuoſi ventris ſuſtinent, impoſitae ſunt ornatus gratia sphinges, expanſis alis volantibus ſimiles; in medio vero parvi lebetes, ſeu potius plaecntae, quae ea orbiculari figura deſignantur; quae etiam tripodi congruunt, quem mundo, qui omnia complectitur, omnino ſimilem eſſe veteres voluere, ut docet Athenaeus. (3) Memorat Herodotus (4) ſe vidiſſe apud Thebas Boeotias in templo Apollinis Iſmenii complures tripodas antiquiſſimos Cadmeis litteris inſcriptos, ut plurimum ſimilibus Ionicis, quorum unus hanc habebat inſcriptionem;

ΑΜΠΙΤΡΤΟΝ: ΜΑΝΕΤΗΕΚΕΝ: ΕΟΝ: ΕΚ ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ.

Me dedicavit Amphitryo, gente ortus Telebolarum. (5)

Herculem ferunt (6) ob necem Iphiti morbo correptum Delphos adiiſſe, rogantique morbi finem, Pythiam ei nihil reſpondiſſe; quare tradunt templum ſpoliare voluiſſe, avectoque tripode propriam ſibi oracu-

lo-

(1) Claſſ. IV. n. XII. (2) Vide Apollodorum Biblioth. Lib. II. (3) Deipnoſophiſt. Lib. XI. Cap. XII. n. 241. (4) Lib. V. c. 58. (5) Vide Edmundum Chishull. in Antiquitates Aſiaticas pag. 33. (6) Ex Apollodoro Lib. II. Biblioth.

lorum aedem conſtruxiſſe : verum mox cum Apolline commiſſa pugna, Iuppiter inter hoſce duos medium fulmen demiſit, eoque modo dirempta eſt illorum pugna; reſcivitque Hercules oraculi monito morbi finem tunc fore quum triennio toto venditus ſervitutem ſerviſſet, commiſſaeque caedis poenas perſolviſſet.

In ſuperiori parte Tabulae Hercules immortalis, ac divinus factus, inter Heroas iam igne expiatus, conſecratuſque medius cernitur inter Satyros e Nymphis natos; caputque habet diademate revinctum, cui dexteram imponit. Siniſtra urnam tenet, in quam caput conicit Satyriſcus. Manum Satyriſci humeris imponit virgo, quae ex nomine in eadem Tabula inſcripto, *Europa* eſſe videtur; quae altera manu vexillum, ut ita dicam, tenet, in quo haec legitur inſcriptio, ΗΡΑΚΛΗΣ ΑΝΑΠΑΤΟΜΕΝΟΣ *Hercules requieſcens*. Protogenem pinxiſſe ferunt Satyrum, quem *Anapavomenon* vocarunt; & ne quid deeſſet temporis eius ſecuritati, tibias tenentem. (1) Altera femina, quam Satyrus amplectitur, *Aſia* forſitan eſt, quam etiam Hercules geſtarum rerum gloria, & fama ſuae virtutis implevit, quae ei inter Semones recepto gratulatur. Neque etiam adverſabor ſi quis Heben eſſe putet, quam Iuno eidem reconciliata, uxorem dedit iam conſecrato. His omnibus Diis honoris gratia ſubſtrata eſt Nemeaei Leonis pellis.

Ex inferiori igitur huius Tabulae ſegmento colligimus Herculem ab Iunone Argiva, & a Victoria, ſeu Nemeſi expiatum fuiſſe ante quam caelum conſcenderet, in Deorum conſortium admittendus. Saepius Herculem noxiorum hominum belluarumque toto terrarum orbe domitorem, atque interemptorem, factis expiatum fuiſſe memorant veteres Mythologi. Praecipuas eius expiationes adnotare libet ex Apollodoro. (2) Primum igitur a Theſtio expiatum ferunt, quum ſuos ipſe filios ex Megara procreatos, una cum duobus Iphicli liberis in ignem conieciſſet; qua etiam de cauſa ſe ipſum exilio mancipavit.

Secundo, interfecto Iphito Mycenis exulavit, ibique habitavit, poſtquam ab Euryſtheo expiationem conſecutus eſt. Ob caedem ejuſdem Iphiti memorat Apollodorus ad Neleum Pyliorum dynaſtam profectum eſſe; excluſum vero ab eo, quod olim vetus cum Euryto ſibi benevolentia interceſſerat, Amyclas perveniſſe; ubi illum Deiphobus Hippolyti filius ſceleris contagione luſtravit, ac deinde in gravem morbum incidit.

Tertio ad inferna deſcenſurus ut Cerberum canem educeret, vivumque poſtquam Euryſtheo oſtendiſſet, ad Plutonem reduceret, Eleuſinem ad Eumolpum ſe contulit, ut ab eo Cereris ſacris initiaretur; quam initiationem conſecutus eſt. Denique poſt navigationem in Colchos, confectamque Calydonii apri venationem a Theſeo expiatum perhibent, qui Troezene Iſthmum advenerat.

Hanc

(1) Ex Franciſco Iunio in Catalogo Pictorum & c. in *Protogene* pag. 183. (2) Lib. II. Bibliothecae.

Hanc vero expiationem quam ab Iunone Argiva conſecutus eſt, omnium poſtremam fuiſſe arbitror, poſt quam in Oëta monte igne expurgatus, (1) Iunone, ac Minerva adiutrice divinus, atque immortalis factus, ad Deorum conſortium pertranſiit. Sed alibi luculentius hanc inſignem Tabulam enucleabimus.

TABVLA VII.

1. ARA FORTVNAE GRATAE SACRA.

Inventa in ruinis Villae cuiuſdam inter Palum, & Palidorum.

PRimum, in hac ara, quae FORTVNAE dedicata eſt, adnotare libet, praeponi appellationem, ſive cognomen GRATAE, quod eidem Fortunae tribuitur, praeter uſitatum illum veterum inſcriptionum, in quibus ita frequenter legitur, FORTVNAE CONSERVATRICI. (2) FORTVNAE OBSEQVENTI. (3) FORTVNAE OPIFERAE. (4) Verum non deſunt aliqua exempla ad tuendam hanc noſtram inſcriptionem. Hoc habes in ſequenti: (5)

CORVNCANIAE . CERERI . D . D .
M. CORVNCANIVS. M. F. ANTEMIVS
PRAEF. LEG. III. ITAL.
KAL. FEBR. IMP. CAES. L. SEPTIM.
SEVERO
PERTIN. AVG. II.
L. POSTVMIANO ALBINO. COS.

Aliud adde ex votivo lapide, quem ſuperius produxi, LVCIDO PANI dedicato. (6) Fortunam GRATAM appellatam ea de cauſa cenſeo, quod eius opem implorantibus, divinoſque honores ei praebentibus grata ſit, locaque grata ſuo numine faciat. Horatius de Fortuna, quae Antii colebatur: (7)

O Diva gratum quae regis Antium
Praeſens. ——————— Alii

(1) Vide Lucianum in Dialogis Deorum Tom. I. pag 109. & Tom. II. pag. 182. in Hermotimo, ſive de Haereſibus, & Sectis; item Fr. Spanhemium in Callimachum pag. 240. 241. (2) In Theſauro Gruteriano p. LXXIV. 6. (3) Ibidem pag. LXXV. 6. 8 CCL. (4) Ibidem p. LXXV. 9. (5) Ex Ill. Cupero epiſt conſul. inſcript. X II & apud H. Relandum in Faſtis Conſularibus pag. 81. (6) Pag. XLVII. (7) Carm Lib. I. Ode XXXV.

Alii *Fortunas Antiates* plurali numero efferunt, eaſque voeant *Sorores*; quarum ſimulaera ſculpta ſunt in nummo familiae Ruſtiae, quem adfert Ful. Vrſinus, (1) illuſtrantque Oiſelius (2) & Philippus a Turre Epiſcopus Adrienſis, (3) & memorantur in veteri inſcriprione apud Gruterum. (4) Eaedem, quod a nemine hactenus obſervarum eſt, *Sundeae* Σύνδεαι dicuntur in hac perrara votiva tabula, quae hodie Romae exſtat in Muſeo Kircheriano Collegii Socieratis Ieſu, quam aliter iuterpretatam video: (5) quaſi ad exemplum Deorum Aegyptiorum Serapidis, Iſidis, Anubidis, Harpocratis, & Dioſcurorum, qui quod uno, eodemque templo, & ara colerentur, in antiquo lapide ΘΕΟΙ ΣΥΝΝΑΟΙ ΚΑΙ ΣΥΝΒΩΜΟΙ appellanrur. (6)

SINDIIS . ATIAIIS

MVNVS . D

SYNISTOR . GIILATOR

Legendum igitur videtur in primo verſu *Syndiis Antiatis*, quum I poſitum ſit pro Y non raro exemplo, & transverſa linea τῦ T adeo detrita ſit, ut I referat. Sed haec, licet extra choream, adnotaſſe haudquaquam piget.

Fortunae *Gratae* hanc aram dedicavit L. Silvius Apruſianus, & Apruſia Sabina Virgo Veſtalis. Si ſingularia ſint P. T. ita forſitan interpretanda *Praepoſitus Tabularii*, vel *Tabulariorum*; ſed melius placet ut legamus ET, quemadmodum ſcriptum fuiſſe arbitror in marmore, aliarum inſcriptionum exemplo.

Poſt arae titulum inſculptus eſt modius pinguibus ſpicis, & papaveribus refertus, abundantiae ſymbolum, quod pulchre congruit GRATAE Fortunae. Horatius ad Fortunam Antiatem: (7)

Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam aequoris
Quicumque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Eiuſdem Fortunae Gratae ſimulacrum ſculptum eſt in ſiniſtro latere eiuſdem arae; geſtatque modium ſeu calathum capite, quaſi hydriam referenrem; dextera navis gubernaculum, ſiniſtra ſpicas praefert; & ad eius pedes iaeet globus: quae omnes adtributiones ſignificant eam opes tribuere, humanarumque rerum regimen obtinere, verum cum temeritate, & inconſtantia, (8) ut veteres Philoſophi putarunt.

(1) In Fam. Ruſtia pag. 442. (2) In Numiſ. Select. Tab. LIV. n. 1. (3) De Inſcript. M. Aquilii Cap. I. pag. 5. 6. (4) Pag. LXXII. 3. (5) Apud P. Phil. Bonannium Societ. Ieſu in Muſ. Kircher. Claſſ. II. pag. 66. 67. (6) Vide Fabrettum Inſcr. ant. Cap. VI. n. 183. 185. (7) Lib. I. Carm. Ode XXXV. (8) Vide Lactantium Lib. III. Inſtitut. divinar. Cap. XXIX. Arnobium adverſ. Gentes. Galenum Exhortat. ad Medic. & Art. Cap. II. de Fortuna.

II. ANAGLYPHVM E MARMORE HERCVLI SERVATORI DEDICATVM.

IN EADEM TABVLA VII.

Beneventi exſtat.

PErvulgata eſt ſatiſque cognita hortorum Heſperidum fabula; ad quos miſſus Hercules ab Euryſtheo ut aurea mala auferret. Iunonem perhibent ea Iovi dono dediſſe in ſuis nuptiis; quae draco immortalis Typhonis, & Echidnae filius, unaque cum eo mutua vice Heſperides ſorores Aegle, Erithia, Veſta, & Arethuſa obſervabant. Hercules ſomno ſopita ex his una, ad arborem acceſſit, & aurea mala abſtulit, caeſo dracone pervigili cuſtode. Alii ab Atlante, quem in caelo ſuſtinendo adiuvit, habuiſſe ferunt; (1) cui opinioni adverſatur haec perelegans ſculprura; quam HERCVLI SERVATORI dedicavit Publius Iunius Ianuarius, Auguſtalis, ut arbitror, Coloniae Beneventanae.

Haec duo iam explicata monumenta ſubſequitur n. v. aureum monile ex draconculis confectum elaborarumque egregio artificio, de quo nonnulla inferius (2) adnotare libuit ad veterem inſcriprionem Aeſculapio ſacram; in qua inter donaria eidem oblata voti cauſa pro gratiarum actione impetratae valetudinis, recenſetur TORQES EX DRACVNCVLIS DVOBVS. Inferius a pictore ornatus gratia ex ingenio ſubiecta eſt parva baſis.

III. ARA NEPTVNO OMNIBVSQVE NYMPHIS OCEANI SACRA.

IN EADEM TABVLA VII.

In inſula ſacra Hoſtienſi.

NEREIDES Nymphae, Nerei, & Doridis filiae, marinis monſtris per mare vectae, in anteriori latere huius arae elegantiſſimae ſculptae ſunt, quae velum ad Zephyrum adtollunt. Aliger Cupido, iiſdem Nymphis maxime familiaris, comes eſt curſus per mare, eiſdem

(1) Ex Apollodoro Lib. II. Biblioth. (2) Cl. I. n. 91. pag. 28.

demque blandiri videtur. Quod vero animadvertendum eſt eaedem Oceaninae Nymphae, praeter vultum, totum corpus habent ſquamis obductum. Fabrettus (1) Tritonum vultus & pectora adnotavit ſquamis pectinatim diſpoſitis referta; ſed Nymphas toto corpore ſquamoſas an alii ſpeciali hac nota diſtinctas ex antiquis ſculpturis adhuc produxerint incompertum mihi eſt. Nereides variis monſtris marinis, capris, hircis, iuvencis, tigribus, leaenis inſidentes non raro in vetuſtis anaglyphis conſpiciuntur. En a Statio deſcriptas: (2)

Nec non & variis vectae Nereides ibant
Audito rumore feris: hanc piſce volutam
Sublevat Oceani monſtrum Tarteſſia tigris;
Hanc timor Aegei rupturus fronte carinas
Trux aries; haec caeruleae ſuſpenſa leaenae
Innatat, haec viridem trahitur complexa iuvencum.

In altero arae latere viſitur Neptunus ponti rex ac dominos in ſcopulo ſedens, dexteraque manu delphinum praeferens. Utrumque latus praeter anaglyphum opus inſcriptione ornatum eſt; ex quibus colligimus *Decimum Numiſium Decimi Libertum Pamphilum Mercatorem* aram hanc *Neptuno & omnibus Nymphis dedicaſſe*. Non raro k pro c in vetuſtis inſcriptionibus occurrit. Cum Neptuno, ut antiqua marmorea inſcripta teſtantur, non raro Nymphae etiam Aquatiles coniunguntur.

IV. MARMOR VOTIVVM NYMPHIS SACRVM.

IN EADEM TABVLA VII.

In Doniano autographo deeſt locus ubi exſtet.

NYMPHAE, quae aquis, & fontibus praeſunt, ſculptae ſunt in hoc pereleganti anaglypho non ſtantes, ut frequentius viſuntur in aliis ſculpturis, ſed ſedentes, atque ex hydriis aquam fundentes, Gratiis tum numero, tum habitu corporis, cultuque fere ſimiles: nam & ipſae interdum omnino nudae exhibentur, vel inferioribus corporis partibus velatis. Media inter duas Nymphas cernitur iris aquatica, quae lilium refert; quae etiam Herculi tribuitur, tamquam aquarum ductori, & repertori, ut alibi obſervavimus. (3) Mitella non ſecus

(1) In Col. Traian. Cap. IX. pag. 304. (2) Silvar. Lib. I. (3) In Volumine II. Muſei Florentini ad Tab. XIV. & Gemmam IV.

ac magnae Deae ornantur, atque ſe mutuo complectuntur. NVMINA in inſcriptione appellantur, quibus etiam vota nuncupata leguntur, inſtituta ſacrificia, hymni, templa, aras, ſigna dedicata ab his qui earum praeſidio indigebant, vel ut bonam valetudinem conſequerentur, vel ut rem ſuam bene gererent; quod etiam factum a L. Antio Lucii filio, e Tribu Palarina, qui fuit Architectus, quique hoc votivum marmor Nymphis Deabus Fontanis vel Aquatilibus dedicavit. Vota ab Aquariis, & Aquilegibus Nymphis perſoluta fuiſſe teſtantur Gruteriani lapides. (1) Architecti fabricandis arcubus, rivis, ſtructuris, librandis aquis, ac ſimilibus operibus neceſſariis, ſeu conſtructioni, ſeu refectioni aquaeductuum praeerant; iiſdemque utebantur Curatores aquarum, uti ex Frontino eiuſque interpretibus diſcere poſſumus. (2) In hac inſcriptione unica ſupereſt difficultas, quid nempe STRM. ſignificet. Cognomen vel ab aliqua familia, vel a loco ubi colebantur deſumptum arbitror; qui vero ille locus ſit vel familia, ut fatear ingenue, plane ignoro. Eodem modo votivus lapis Vaſionenſis Nymphis Auguſtis PERENNIBVS dedicatus legitur apud Sponium. (3)

TABVLA VIII.

IMAGO CISTOPHORI AEDIS BELLONAE PVLVINENSIS.

E marmoreo eius ſepulcro Romae eruto in Monte Mario, in Praedio S. Mariae in Vallicella, anno MDCCXXVIIII. alt. palm. Rom. VI. lat. palm. II. ſupra dimidium.

CISTOPHORI Aedis BELLONAE PVLVINENSIS imaginem, ſepulcro in honorem eius condito ſuperpoſitam, quam primus omnium nonnullis obſervationibus illuſtratam in lucem profero, tibi, Francilee Victori Vir Clariſſime, acceptam ferre debent viri docti: nam ſtatim ac eruta eſt in Monte Mario, non modo mihi eam indicare, verum etiam ab egregio Viro Hieronymo Odam Equite delineatam, veluti huius operis inſigne ornamentum, perhumaniter, ut ſoles, communicare voluiſti. Viſum tibi eſt hoc monumentum maxime rarum, atque illuſtre, in quo non ſolum in inſcriptione multa notatu digna occurrunt, verum etiam CISTOPHORI Bellonae Pulvinenſis numquam antea auditum nomen, & officium, ac praeterea imago, ſa-

(1) Pag. XCIII. 2. 9. XCIV. 2. (2) Artic. C. & CXX. Comment. de Aquaeductibus Vrbis Romae. (3) Miſcell. erud. ant. Sect. III. pag. 95. n. L.

facerque tum capitis, & pectoris, tum veſtium cultus hactenus doctis viris incognitus animadverſione dignus eſt.

Primum igitur, ut ordine procedam, ſingula quae in inſcriptione, ſeu ſepulcrali titulo notatu digna ſunt, paullo fortaſſe brevius quam par ſit, exponam; deinde ad alia obſervanda, quae ſculprura exhibet, gradum faciam.

Igitur L. LARTIVS ANTHVS fuit Ciſtophorus Bellonae Pulvinenſis; cui mooumentum, ſive ſepulcrum cum hoc titulo, arque eius imagine dedicavit C. Quintius Rufinus, & quidem loco celebri, ac maxime honorifico, nempe in agro Apollinis argentei, qui ita ab eo denominabatur. Cognomen ANTHVS L. Lartii eum indicat non civem Romanum, ſed peregrinum, nam deeſt patris nomen, & tribus, quibus etiam carent plures ſacrorum Miniſtri, Sacerdotes, & Aeditui, qui in Gruterianis inſcriptionibus nominantur; adeoque perſpicue apparet eum ex libertis ortum: nam tum liberti, tum hi, qui ex eis nati ſunt, cognomen Graecum praeferunt. Fuit hoc inter cetera Bacchi cognomentum, qui teſte Pauſania (1) *Anthios Floridus* dictus eſt, cuius ara apud Phlyenſes inſignis fuit, quod eius iuventus ſemper florida ſit, vel florentibus hederis, vel corymbis, vel frondibus gaudeat. Sed alibi de hoc cognomine. Lartia familia, a qua nomen hic Ciſtophorus Bellonae Pulvinenſis accepit, conſularis fuit, multiſque reipublicae honoribus inſignis. (2)

CISTOPHORVS BELLONAE PVLVINENSIS is fuit penes quem adſervabatur ciſta myſtica, in qua arcana ſacra ad cultum Bellonae condita erant; qui eam quoque in ſacris eiuſdem Deae deferebat; quare ad eius pedes ſculpta eſt & quidem clauſa, notandaeque ſunt anſae, per quas commode geſtari poſſet. Ciſta in ſacris Bellonae Pulvinenſis adhibita praealta, rorunda, & viminea eſt, eiuſque operculum in tholi formam confectum, adeoque paullo diverſa ab aliis ciſtis, quae in ſacris Iſidis, Bacchi, & Cereris in uſu erant. Huius generis vaſa e viminibus confecta primum Ceres fieri docuit. (3) Quae nam vero in myſtica ciſta clauderentur docet Clemens Alexandrinus (4) in Admonitione ad Gentes. In ea quippe conditi panes ex ſeſamo confecti, & pyramides, floccoli lanae bene carminatae, liba multis diſtincta umbilicis, ſalis pugilli, & ſerpens Orgius Bacchi Baſſarei: praeter haec mala punica, atque etiam corda, ferulae, hederae, & placentae, & papavera. Quo in loco, ut obſervat (5) doctiſſimus Philippus Bonarrotius Senator Florentinus, non de ſolis Bacchi ciſtis loquitur S. Clemens, ſed etiam de ceteris, quae in aliorum Deorum ſacris adhibebantur. Ex hac ciſta hi qui ſacris myſteriis initiabantur, (eam ut arbitror aperiente Ciſtophoro) ſingula ſingulatim ſumebant, eo-

dem-

(1) In Atticis Cap xxxi. (2) Vide Fulvium Vrſinum in Famil. Roman. (3) Ex Virgilio Georgic. i. v. 9:. ii. 241. 446 Ovidio Metam. Lib. ii. Fab. vii. v. 555. (4) In Admonitione ad Gentes pag. mihi 14. (5) In Triumphum Bacchi poſt Obſervat. ad Mumiſm. max. mod. Muſei Carpinzi pag. 448. 449.

demque tempore dum ea gererent quoſdam inconditos geſtus edebant, dicebantque quaſdam verborum formulas, & rurſum eadem ſuperſtitioſa deliramenta in ciſtam recondebant, ut ex eodem Clemente, (1) & Arnobio (2) colligi poteſt.

L. Lartius Anthus CISTOPHORVS in hoc marmoreo anaglypho expreſſus dextera manu praefert lauri ſureulum, ſiniſtra vero duas bipennes; quare hinc facile arguere pollumus eum non ſolum ciſtam ad ſacra Bellonae Pulvinenſis myſteria, verum etiam haec alia quoque inſtrumenta in iiſdem ſacris adhibita, de quibus paullo inferius dicam, attuliſſe, atque ſervaſſe.

A Ciſtophoris ſacrorum myſteriorum dictus *Ciſtophorus* genus Graecae pecuniae, eo quod in eo ſculpta eſſet imago Ciſtophori ſacram ciſtam ferentis, cuius meminit Cicero, (3) & Livius, (4) & Feſtus; ex quo apparet Ciſtophori valorem fuiſſe paullo minus denario Romano, ac conſequenter Iulio noſtrate. (5)

Quanti igitur faciendum ſit hoc monumentum ex eo facile apparet quod nulla CISTOPHORI Bellonae Pulvinenſis in vetuſtis inſcriptionibus jam editis, & nulla penes ſcriptores habetur mentio, praeterquam apud Suidam, & Harpocrationem in voce Κιστοφόρος, quos emendat Rubenius in Diſſertatione de Nummo Aſiae receptae Cap. CLXIXI. *Ciſtigeri*, ſive *Ciſtiferi* meminit Martialis Epigr. XVII Lib V. quem in locum Adrianus Turnebus, (6) cui adhaeret Deſiderius Heraldus, pro iis accipit qui ſacra arcana in ciſta gerebant, quos ait pro contemptiſſimis, & deſpicatiſſimis habitos. Verum, ut videtur, alia plane mens Martialis, qui pro *Ciſtifero* quemdam proletarium hominem deſignat, qui victum ſibi quaerebat in ferendis ciſtis non ad uſum ſacrorum, ſed rerum profanarum.

Ex hoc igitur perraro marmoreo anaglypho perſpicuum eſt Bellonae myſteria occulta fuiſſe, ſacramentoque coactos initiatos ut ea ſilentio tegerent, quod etiam indicat ciſta in iiſdem ſacris delata a quodam miniſtro ſacrorum, qui CISTOPHORVS dicebatur. Cur vero Bellona Dea haec PVLVINENSIS appellerur exponendum eſt. A pulvinis, ſive lectulis denominatam fuiſſe arbitror; quos nemo eſt qui ignoret Diis dedicatos fuiſſe, & in templis eorumdem ſterni ſolitos. Memorat Livius (7) corvum in aedem Iunonis devolaſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe. Hanc denominationem Bellonae *Pulvinenſis* Fabrettus additam putat honoris cauſa, & ad praerogativam indicandam, quod eius Templum pulvinari poſſet, quod colligit ex loco Servii. (8) Apud Ciceronem, (9) & Livium (10) pulvinaria abuſive pro templis ponuntur, atque ad ea ſupplicationes ſaepe decretae leguntur. Aurelius Prudentius templum Deorum, in quo Sacerdotes victimas mactabant, vel eorum veſtibulum, quod ea-

(1) Loco ſuperius citato. (2) Lib V. adverſus Gentes pag. 488. (3) In Oratione pro domo ſua. (4) Lib XXXVI. (5) Vide Bartholomaei Beverini Syntagma de Ponderibus, & Menſuris. Vide etiam Caelium Rhodiginum Lect. ant. Lib. X. Cap II (6) Adverſarior Lib. III Cap. V. & XXI (7) Bello Punic. 246. (8) Ad Virgilii Georg. Lib. III, V. 517. (9) In Catilinam n. 67. 10.

earumdem cruore redundarent, vocat *macellum pingue pulvinarium*, ac deinde ſacra quae fiebant in honorem Magnae Deum Matris, quae eadem eſt ac Bellona, & Iſis, in hunc modum deſcribit: (1)

Sed quid macellum pingue pulvinarium,
Quid maximorum lancinatores gregum,
Eviſcerata carne crudos criminor?
Sunt ſacra, quando voſmetipſi exſcinditis,
Votivus & quum membra detruncat dolor.

Cultrum in lacertos exſerit Fanaticus,
Sectiſque Matrem brachiis placat Deam:
Furere, ac rotari ius putatur myſticum;
Parta ad ſecandum dextra fertur impia:
Caelum meretur vulnerum crudelitas.

Facile credam hinc argui poſſe Prudentium Chriſtianum Poëtam haec ſacra deſcribentem ad hanc aedem Bellonae Pulvinenſis forſitan reſpexiſſe, quae merito *macellum pulvinarium* appellari poterat, ut inferius dicam.

Aedis Bellonae Pulvinenſis mentio habetur in ara marmorea, quae adfertur in Gruteriano Theſauro, (2) quae a Smetio deſcripta eſt, & inventa dicitur extra Romam in Vaticano ultra Prata, ante vineam quamdam, ubi fons amoenus. Ex eadem inſcriptione diſcimus eidem Bellonae lucum quoque ſacrum, & aedem eius numini dedicatam fuiſſe. Eiuſdem aedis Bellonae Pulvinenſis meminit quoque vetus inſcriptio adlata a Fabretto, (3) quam, uti paullo ante dicebam, illuſtrat. Sed quo in loco ea condita fuerit inferius divinabimur; neque in re tam dubia, & obſcura nos adiuvat P. Victor, qui in Regione IX. recenſet aedem Bellonae verſus Portam Carmentalem in Circo Flaminio, cuius Appius Claudius auctor fuit, Ovidio auctore in Faſtis; intra quam dabatur Senatus legatis exterarum nationum, quos in urbem admittere nolebant. Eam igitur extra urbem extitiſſe minime dubium eſt. Iuxta hanc conlocatam fuiſſe aedem Iſidis, & Serapidis colligere poſſumus ex Dione, (4) qui ait anno DCCVII. ab Urbe condita, inter alia oſtenta hoc quoque contigiſſe, quod apes in Capitolio iuxta Herculis ſtatuam ſedem occupavere, quum Iſidi ſacra fierent; quapropter haruſpices omnia templa Iſidis, & Serapidis demoliri iuſſerunt: quod quum fieret Bellonae quoque aedes inſcientibus illis deiecta eſt, in eaque vaſa figulina carnibus humanis plena reperta ſunt. Harum aedium propinquitas notari poteſt in hac veteri inſcriptione penes Gruterum, in qua legitur: (4)

D . M

(1) Periſtephanon. v. 1056. (2) Pag. CCCXIII. 1. (3) Lib. XLII. Hiſt. Rom. (4) Pag. CCCXII. 7.

D M

L. CORNELIO IANVARIO

FANATICO AB ISIS SERAPIS

AB AEDEM BELLONE RVFILIA

Animadvertere insuper oportet Fanaticos tum Isidi, & Serapidi, tum Bellonae, quae a Rufilia familia de more cognomen accepit, interviſſe; adeoque Iſiacos, & Bellonarios confundi, uti etiam obſervat V. C. Antonius Van Dale. (1)

Probabile videtur in agro C. Quintii Rufini fuiſſe vel aedem, vel aediculam *Apollinis Argentei*, a quo denominationem ager accepit. Nam in praediis ad eorum tutelam non ſolum ſimulacra Deorum, verum etiam aedes conſtitui ſolebant, quod colligo ex vetuſta inſcriptione, quam profert, atque illuſtrat Reineſius, (2) emendatioremque rurſus producit Fabrettus; (3) in qua C Iulius Nymphius dedicaſſe dicitur Imperatoris Nervae Traiani imagines argenteas paraſtaticas cum ſuis ornamentis, & regulis, & baſibus, & concameratione ferrea, eaſque dono poſuiſſe in templo Sancti Silvani *Salutaris*, quod eſt in Aventino, ET PRAEDIO SVO. hoc eſt *& in praedio ſuo*; nam non raro praepoſitio IN omittitur quando paullo ante repetitur; uti etiam factum in hac inſcriptione, in qua ſcribendum erat MONVMENTVM. FECIT. INTERIVS. IN. AGRO. Horum vero aedificiorum in honorem Deorum frons circum vias publicas ita conſtituebatur, ut praetereuntes poſſent reſpicere, & in conſpectu ſalutationes facere. (4) Non raro in antiquis Gemmis, atque marmoreis anaglyphis occurrunt aediculae ſuper ſaxa, vel ſcopulum erectae, in quibus Hermea Deorum ſigilla poſita ſunt; ac praeſertim horum Deorum Priapi, Silvani, Panos, qui agris, hortiſque praeeſſe cenſebantur. Has Gemmas habes a me editas, & obſervationibus illuſtratas in primo Volumine Muſei Florentini. (5) Edita eſt apud Gruterum elegans inſcriptio, in qua templum Priapo dedicatum legitur, ut rus cuſtodiat, & ab agello violatores avertat. (6) Eidem Deo in alio lapide Gruteriano hortorum cuſtodia commendatur. (7) Silvanus Priapi comes eſt apud Horatium; (8) atque ab eo *tutor finium* dicitur.

Hisce Deis, quorum tutelae agros commendarunt veteres, addendi ſunt Mercurius, Hercules, Bacchus, atque etiam Apollo uti haec perrara inſcriptio docet. Hi enim Dii, utpote *malorum depulſores*, *& averruncatores*, *Viales*, ut credebant, *Litorales*, *Terminales*, *& Compitalitii*, appellati fuere; nam ad viarum, litorum, ac-

(1) Diſſert. IX Antiquit. de Origine, ac Ritibus ſacri Taurololii Cap. XI. pag. 155. (2) Claſſ. I. n. CV. (3) Inſcriptionum ant. Cap X. p. 100. pag. 688. & Col. Traian. Cap. X. pag 293 (4) Ex Vitruvio Archit. Lib. IV. Cap. V. (5) Tab. XCV. Gemm. V. VIII. VIII. (6) Pag. XCV. 3. (7) Ibidem II. 4. (8) Epod. Od. II.

finium, & compitorum cuſtodiam eorum ſimulacra ſtatuebantur, ut erudite oſtendit Hieronymus Aleander Iunior in Heliacam Tabulam, agens de cumulis lapidum in honorem Mercurii. (1) Quod vero etiam arvis, campis, agriſque praeeſſent, nemini dubium eſſe poteſt, qui in ſtudio eruditionis, & antiquitatis paullo ſit verſatior. Ex antiquitatis penu libet id confirmare. Ara, quae apud Grurerum mutila eſt, (2) & a Fabretto integrior vulgata eſt, (3) ex voto dedicata eſt Iovi CONSERVATORI POSSESSIONVM ROSCIORVM. Iuppiter cognomento *Auxurus* rueri arva dicitur a Virgilio. (4) Sed ob elegantiam, & brevitatem adferenda eſt vetus inſcriptio, quae ſub protome Deae Veſtae coloſſeae magnitudinis, Romae ſcripta legitur, exſtatque in Hortis Theophilis in Caelio. (5)

VESTAE . SACRVM.
ANTISTITI.
PRAEDIORVM.
HELVIDIANORVM.

Silvano ruris praeſidi vovet mille magnas arbores T. Pomponius Victor ſi propitius adſit ſibi rem Auguſti procuranti, ſeque ſuoſque Romam reduces ſiſtat. (6) Apollini quoque agros dedicatos fuiſſe oſtendit haec celebris inſcriptio, nam ab eius ſigillo argenteo ager denominatur, atque in eo dicitur conditum monumentum L. Lartii Anthi Ciſtophori Bellonae Pulvinenſis. Apollini ſacri in Lycia fuere agri, qui Myrini a Martiale appellantur, (7) quod Myra ſit Lyciae urbs, eiuſdem Apollinis oraculo celeberrima:

Campis dives Apollo ſic Myrinis.

Horum etiam meminit Virgilius. (8) Antiquioribus ſaeculis, quum adhuc rudes artes eſſent, haec Deorum ſimulacra in praediis, agris, fundis, hortiſque infigenda, agricolarum, & ruſticorum manu fiebant vel ex ligno, vel ex lapide, nullaque arte polita; quae quum manibus trunca eſſent, & ſtipites referrent, Hermea dicebantur: quae tamen a praetereuntibus colebantur, & floribus conſpergebantur, floreiſque ſertis coronabantur, reſte Tibullo: (9)

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in trivio florea ſerta lapis.

(1) Pag. mihi 37. edit. Rom. MDCXVI. (2) Pag. XVIII. 10. (3) Inſcr. ant. Cap. X. n. 160. (4) Aeneid. Lib. VIII. v. 799. (5) Ex Fabretto Inſcr. ant. Cap. X. n. 150. (6) Item apud Fabrett. Inſcr. ant. Cap. III. n. 607. & vide n. 10. pag. 120. (7) Lib. IX. Epigr. XLIII. (8) Aeneid. Lib. XII. v. 516. (9) Lib. I. Eleg. I. v. 17.

Vigentibus artibus, ac luxu crescente Deorum signa in tutelam etiam agrorum ex argento fieri coepere, uti ex hoc monumento discimus. Quamvis enim facile contingere potuerit agrum exinde denominatum fuisse *Apollinis Argentei*, quod in illo eius argenteum simulacrum inventum fuerit; tamen ab eius aedicula, in qua eius signum ex argento erat in tutelam agrorum positum, ut postea sanctioribus, felicioribusque auspiciis nos Christiani in praediis nostris facere consuevimus, vel Christi Domini, vel Mariae Virginis, vel Sanctorum imagines in aediculis ponentes, appellatum fuisse magis consentaneum videtur.

His Diis argenteis, vel quandoque aureis custodes homines deputabant, qui eos servarent, & a furibus tuerentur; quos merito irridet S. Iustinus Martyr, (1) & Tertullianus, quod hos magis custodirent, quam vel ligneos, vel marmoreos Deos: quapropter Cilix fur apud Martialem, Priapum licet marmoreum ex horto furripuit, nullo custode praesente. (2) Dorum custodem fluminis Laronis memorat vetus inscriptio apud Fabrettum. (3)

Diis agrorum, bonorum, ac possessionum tutelaribus decimas pollucere consueverunt. Inter hos Hercules numeratur. In antiquo saxo (4) P. Ateius Regillus Libertus sibi & P. Ateio Salvio Patrono memoratur decimam fecisse POMARIO.... forte POMARIORVM, hoc est locorum in quibus arbores pomiferae consitae erant. Decimam partem bonorum eidem Herculi vovisse Cn. Flaccum Q. Fulvii filium constat ex hac lamina aerea nuper in Latio reperta prope Lugnanum cura Cl. Francisci Ficoroni de re antiquaria optime meriti. (5)

CN . FLACCVS Q FVL F DE
CVMAM PARTEM HERCV
LI ET PRO REDITV FELI
CISSIMO EX AFRICA VI
BI FRATRIS ET PRO SAL
PETINAE MATRIS SIGNA
AVREA FORTVNAE PRAEN
ET FERONIAE SANCTIS
SIMAE D D T VINIO COS

Apollini vicesimam bonorum partem veteres vovisse monet haec pervetusta lamina; cuius inscriptionem item adfert ex Ficoronio V. C. Ioannes Vignolius. (6)

M.

(1) In Epistol. ad Diognet. (2) Lib. VI. Epigr. LXXII (3) Cap X. n. 20. (4) Apud Fabrettum Cap. I. n. 34. (5) Inscriptionum Select. pag. 337. (6) Ibidem pag. 339.

M. MINDIOS. L FI
P. CONDETIOS. VA. FI
AIDILES. VICESMA. PARTI
APOLONES. DEDERI

Igitur in monumentis, quae, ut nemo ignorat, in agris, in praediis, atque in fundis condita erant, quae in pluribus inſcriptionibus vetuſtis indicantur, (1) non ſolum ſigna, verum etiam aediculas Deorum dedicatas fuiſſe inſuper perſpicue colligi poteſt ex hoc fragmento Veronenſi, quod adfert Gruterus.

.·.

C . H . C
LOCVS ASSIGNATVS
MONVMENTO IN QVO EST
AEDICVLA PRIAPI
IN. FR. P. LXX
IN AGRO. LXX

Ex aliis antiquis inſcriptis lapidibus, quos producit Reineſius, conſtat ſignum Herculis dedicatum fuiſſe in ſepulcris (2) velut tutelare numen familiae. In alio lapide (3) memoratur aedicula genialis omni cultu exornata atque in eo conditum ſignum Genii, quod tam in communibus familiarum, quam ſingularium monumentis ſtatui ſolebat. Cuſtodia ſepulcrorum libertis demandabatur, quibus etiam claves dabantur oſtii monumenti; cavebantque iuxta voluntatem dominorum ne ſacrum ac religioſum terrenum violaretur, ac ne cui liceret heredum alienare, aut vendere praedium in quo illud factum fuerat. (4)

Panvinius, (5) & Nardinius (6) deſcribentes Vaticanum montem, notant ad ortum eum ſpectare campos Vaticanos, & Hadriani molem, flumenque; ad occaſum Campos Neronianos; ad meridiem Ianiculum; ad ſeptentrionem *Prata Quintia*, *& Montem Marii*; quae prata non dubito pertinuiſſe ad hunc C. Quintium Rufinum, qui interius in agro Apollinis Argentei monumentum fecit L. Lartio Antho Ciſtophoro Aedis Bellonae Pulvinenſis.

(1) Vide praeſertim Gruterum MLXXXI. 1. Fabrettum Inſcr. ant. Cap. I. n. L. Cap. II. n. 134. Cap. III. n. 593. Cap. X. n. 340. (2) Claſſ. I. n. CCXL. & Cl. V. XLI. (3) Claſſ. XIII. n. LXIV. (4) Vide Gruterum Pag. CCCCXCVI. 7. Fabrettum Inſcr. ant. Cap. V. num. 45. 268. & [269.] (5) In Vrbe Roma pag. mihi 156. (6) Lib. VII. Cap. XIII.

Ea prata nempe agrum quatuor iugerum iuris fuere L. Quintii Cincinnati, qui ex aratro ad dictaturam transiit. Livius (1) notat ea Transtiberim fuisse contra eum ipsum locum ubi sua tempestate navalia erant. Non longe igitur ab hoc loco, ubi hoc eximium monumentum erutum est, atque, ut auguror, in Campis Vaticanis fuit Aedes Bellonae Pulvinensis; quod quidem non levi coniectura discere possumus ex ara supetius notata, quae adfertur a Grutero descripta a Smerio, qui adnotavit erutam fuisse *in Vaticano, ultra prata, ante vineam quamdam, ubi fons amoenus*.

L. Lartii Anthi eximia in se merita declarat C. Quintius Rufinus, qui eum adpellat *Fratrem*, & *Dominum*. Fratris adpellatio hic (quali fuerint ex eodem Collegio) communem religionem, cultum, & communicationem eorumdem sacrorum Deae Bellonae Pulvinensis indicat. Qui enim sacris Deorum praecrat, ac dignitate ceteris anteibat, *Pater* dicebatur, ut in sacris Dei invicti Mithrae, & magnae Deum Matris, & Attinis. Primus inter Arvales *Magister* vocabatur, reliqui *Fratres* nuncupati. *Domini* adpellatio obsequium, & reverentiam erga Patronum declarat; nam Sacerdotes, ac Ministri Deorum non solum patroni dicebantur a condiscipulis, & famulis, qui cum ipsis iisdem Diis inserviebant, ut observo auctoritate antiqui lapidis Grutetiani, (2) cui, si otium esset, alios addere possem; verum etiam tamquam patroni, ac domini omni officio, honore, atque obsequio colebantur. Primum veteres Deos suos *Dominos* adpellarunt, ut liquet ex vetustis saxis, quae indicasse sufficiat. (3) Bellonam quoque honoris causa adpellatam fuisse *Dominam*, seu *Domnam* adlato testimonio vetustae arae militatis observat Philippus a Turre de Diis Aquileiensibus agens. (4) Transiit hic titulus postea ad Imperatores, & sacrorum Ministros, deinde communis patronorum, & coniugum etiam infimi generis factus. In fine inscriptionis, quod etiam in aliis non raro factum observavi, QVINTVS RVFINVS redundat.

Explicato sepulcrali titulo, sive inscriptione huius monumenti, quod adhuc vivo eodem L. Lartio Antho, & fungente officio, ac dignitate adfetendi cistam mysticam in sacris Bellonae Pulvinensis, in eius honorem positum dedicatumque videtur, (nam annorum numerus quibus vixerit praeter morem siletur) reliquum est ut ad imaginem eiusdem, quae e tenebris vetustatis nunc primum eruta, oculis vitorum doctorum subiicitur, gradum faciam. Ea sculpta est in marmore in aediculae speciem excavato, quod lacellum quoque non male dici potest. Quod attinet ad vestium cultum, Cistophorus amictus cernitur tunica succincta, quae ita alta est ut calceos ligulis ornatos non tegat, quaeque, ut sacrorum ministrum decebat, promptum redderet in ministerio. Supra tunicam, e dextero humero subnectente pereleganti fibula, quae referat florem

(1) Lib. III. (2) Pag. CCCXIII. 9. & CCCXVIII. 12. (3) Vide Gruteri Inscript. Pag. XXXIII. 4. LVIII. 2. LXXXIV. 1. Fabretti Cap. IV. n. 158. (4) Pag. 311. & 312. novae edit.

περιπέτασμα, dependet chlamys, ſive paludamentum. Dextera manu lauri ſurculum ita praefert, ut luſtrare aqua, & adſpergere videatur; laeva duas bipennes gerit. Miniſtros Deae Bellonae barbatos fuiſſe, cum e contra Iſidis, ac Magnae Deum matris glabri, & raſi eſſent, indicat eiuſdem Ciſtophori vultus paullo ſubtriſtior, cuius quidem barba non ſatis prolixa eſt, ſed denſa, atque cum aliquo cultu tonſa.

Animadverſione dignus eſt ornatus capitis, & pectoris eiuſdem Ciſtophori, qui ut probe obſervari poſſet, conſulto in dextro huiuſce Tabulae loculo numero II. maiori ſchemate delineandus fuit. Capilli valde longi ſunt, & multi, quos forſitan numquam praecidebant, hinc, & hinc crinali acu muliebriter diſpertiti, qui frontem inumbrant, ac paene obtegunt. In naturales quaſdam ac minime artificioſas tricas contorti videntur, & ſupra utramque aurem reflexi in occipitio fortaſſis religantur. Mos fuit adflatorum a Diis ſolutis crinibus iactare caput, & comas ventilare. (1) In pluribus Gemmis, quae adferuntur in Volumine Primo Muſei Florentini, Bacchae Orgia celebrantes, ſolutis crinibus iactare, ac quatere caput conſpiciuntur. (2) Idem factum a Fanaticis Deae Bellonae, & Magnae matris Deum Cybeles diſcere poſſumus ex Lucano, & ex Valerio Flacco a quo *comati* dicuntur ex nupera recenſione longe doctiſſimi Viri Petri Burmanni: (3)

Qualis ubi attonitos moeſtae Phrygas amma Matris
Ira, vel exſectos laceras Bellona COMATOS.

Teſtis quoque mihi adſit Ovidius, qui ſacra magnae Matris memorans, ita eius Miniſtros deſcribit: (4)

Venit in exemplum furor hic, molleſque Miniſtri
Caedunt IACTATIS *vilia membra* COMIS.

Hinc lux non minima adfulget antiquo lapidi Gruteriano, qui ſacer eſt Diis Manibus Vettii Syntrophi, qui fuit Religioſus a Magna Matre CAPILLATVS. Devoti Bellonae, non ſecus ac Bacchantes, furebant, currebant, inſaniebant, quos ita deſcribit Lactantius Firmianus: (5) *Alta* (ſacra) *Virtutis, quam eamdem Bellonam vocant, in quibus ipſi Sacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Scclis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes, currunt, efferuntur, inſaniunt.*

Coronam capitis eiuſdem Lartii Ciſtophori, ſi quis aliorum ſerinia expilando, praeſertim eruditiſſimi Caroli Paſchalii, (6) illuſtrare velit, de tabula numquam manum movebit. Ea igitur, ut cenſeo, aurea fuit ex auro fabrefacto, & in folia ita attenuato, ut lau-

ream

(1) Vide Lucianum in Alexandro, ſive Pſeudomate Tom. I. pag. mihi 536. (2) Tab. LXXXVII. LXXXVIII. (3) Argonautic. Lib. VII. v. 635. (4) Lib. IV. Faſtorum. (5) De falſa Rel. Lib. I. Cap. XXI. (6) Coronarum Lib. IX. Cap. IX. X. XI.

ream referret; quod capitis insigne quanta fuerint Cistophori merita, quanta ministerii dignitas, ac maiestas, satis superque testatur. Accedunt tres gemmae, quae eius coronam quammaxime nobilitant, eaeque non purae sunt, sed insculptae Deorum imagine, qui ad bella, & caedes hominum animos excitant atque impellunt; nempe eiusdem Bellonae in gemma rotundae figurae, quae in medio inserta est, Martis in sinistra gemma, in dextera Palladis Bellatricis. Bellona Martis soror, & conjux fingitur. (1)

Coronam tribus gemmis cum Deorum effigie ornatam ita Suetonius describit in vita Domitiani. (2) *In stadio cursu etiam virginum certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga, Germanicam capite gestans coronam auream cum effigie Iovis, ac Iunonis, Minervaeque; adsidentibus Diali Sacerdote, & Collegio Flavialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat & ipsius imago.* Liquet igitur apud Romanos non solum Imperatores, verum etiam Sacerdotes, & sacrorum Ministros huiusmodi coronas honoris causa gestare consuevisse. Iisdem quoque gemmatis coronis ornata Deorum, ac Dearum capita fuisse saepius memorat Pausanias. Non raro pro gemmis impolita capitibus sigilla, flores, animalia, sidera. Corona Deae Nemesis insignita cervis, & sigillis Victoriae describitur a Pausania; idemque describit Deae Iunonis signum ex auro, & ebore Polycleti opus, apud Mycenas in Corintho; cuius capiti corona imposita, quae Gratias, & Horas artificiole factas habebat. An vero hae tantum tres gemmae, quae oculos spectantium feriunt, quaeque item maiori schemate a nobis repraesentantur, ornaverint Cistophori coronam, incompertum mihi est.

Ex eadem materia nempe ex auro confectam fuisse corollam, quae e collo in modum torquis ante pectus Cistophori pendet, quovis pignore certaverim. Ea quoque lauri folia ex auri bracteis confecta imitatur. Valde in usu fuit hoc genus coronae pectoralis apud Etruscos nostros, quae, ut testatur Clemens Alexandrinus, (3) & Athenaeus, (4) communiter in conviviis adhibebantur, atque unguentis aliquando respersae ut plurimum convivis distribuebantur. (5) Corollae opus absolvunt hinc & hinc canum capita, qui gemmam puram, quae clypeum refert, mordent, quod ornamenti genus in coronis pectoralibus nescio an alibi a viris doctis observatum fuerit. Fateor invito meo Genio, ac Minerva calamum cohibere, qui in hunc eruditionis campum, tractaturus de sacris Cistophori ornamentis, libenter excurreret. Haec corolla, ut ita dicam *convivalis*, ansam praebet dubitandi an confectis Bellonae mysteriis epulae rum initiatis, tum sacris ministris, omnique eius collegio adpositae fuerint. Non omnium tamen Sacerdotum fuit capite ferre insigne aureae coronae, sed illorum tantum, quibus a Synodo, seu Collegio decreta fuisset, ut colligo ex vetusto lapide Gruteriano. (6)

Prae-

(1) Vide Th. Dempsterum ad Rosini Antiquit. Rom. Lib. IV. Cap. X. (2) Cap. IV. (3) Paedagog. Lib. II. Cap. II. (4) Lib XV. Cap. V. (5) Vide Cl. Philippi Bonarrotii Coniect. & Explic. in Monum. add. Dempster. Operi §. XXXV. pag. 65 66. (6) CCCIX. 1.

Praeter coronam Ciſtophori, quae *duplex* dicitur a Virgilio, (1) quod ſcilicet auro, & gemmis eſſet contexta, quae non ſemel regium, arque hoſpitale munus fuit, (2) obſervandum eſt monile baccatum, ſive, ut volunt viri docti, bacatum, nimirum unionibus, ſive margaritis eximiae magnitudinis confectum, quod Statius, (3) arque eodem in loco Virgilius deſcribunt; pendetque ex ipſa corona, & humeros ornat quaſi vitta. Hoc pretioſo coronamento inſignitos ſaepe videmus boves, qui auratis cornibus vittiſque ornati ad aras in honorem Deorum mactandi a ſacris Miniſtris ducuntur; uti exhibent antiqua numiſmata, & anaglypha e marmore monumenta. (4) Pretioſi lapilli cum Deorum effigie, quibus corona Ciſtophori diſtinguitur, dubitare non ſinunt ſtudioſos veritatis an hoc monile ex unionibus, vel margaritis non veris, ſed fictis fuerit compoſitum; vel potius ex baccis arborum, rubro praeſertim colore inſignibus, quales ſunt ebuli, quibus tingebatur Silvani vultus cum pompa per agros ducti, ut docet Virgilius; (5) vel ad augendam cultus, & pompae ſpeciem ex baccis inargentatis, quae veras margaritas referrent. Adſimile monile baccatum quadruplici ordine e capite velato, ac diademate exornato demittitur ad pectus feminae religioſae, forte vel Sacerdotis, vel Miniſtrae Idis, vel Matris Magnae Deum, ut oſtendit adlatum ſchema in tertio ſegmento huiuſce Tabulae VIII. quod ex autographo marmoreo coloſſeae magnitudinis deſumptum eſt, quod exſtat Romae in Hortis Pontificiis Quirinalibus, altum palmis Romanis VI. latum vero III. quare his margaritarum, ſive unionum lineas in uſu ſacrorum Miniſtrorum cum virorum tum mulierum fuiſſe intelligimus. In extrema linearum parte quidam flocculi elegantiae cauſa additi ſunt. Baccis ornari ſolebant cingula non ſolum muliebria, ſed etiam militaria. Cingulum muliebre baccatum indico in imagine Probae Faltoniae, quae ad dexteram Probi viri ſui ſculpta eſt in averſa parte Sarcophagi exſtantis in Templo Vaticano, quem crudite illuſtrat Abbas Ioannes Chriſtophorus Battellus; qui tamen hunc ornatum praeferit ſilentio. (6) De militari ita meminit Claudianus: (7)

Qui & Sidonias chlamydes, & cingula baccis.
Aſpera, gemmataſque togas, virideſque ſmaragdis
Loricas.

De veſtibus Ciſtophori, ceteriſque ad ſacra Bellonae ſpectantibus inſtrumentis, quae praefert, nonnulla breviter notanda ſunt. Ne in hoc ipſo operis veſtibulo plus nimio lectorem diſtineam, Ciſtophori, & Fanaticorum veſtes nigras, & tenebricoſas fuiſſe conſtat diſertiſſimo Tertulliani teſtimonio, (8) qui notat Cereris Miniſtras albatas, Bellonae vero Famulos, Miniſtros, ac Sacerdotes atratos.

(1) Aeneid. Lib. I. v. 655. (2) Vide interpretes in eum Virgilii locum. (3) Punicor. Lib. VIII. v. 134. (4) In Par. II. Inſcript. ant. Etruriae Urbium inter Volaterranas pag. 152. vetus ſculptura a me adfertur, & illuſtratur. (5) Eclog X. v. 27. (6) Pag. 80. & 81. (7) De Laudibus Stiliconis Lib. I. (8) De Pallio Cap. IV.

tos. *Cur iſtas* (inquit) *non ſpectas ? vel illos item habitus , qui novitate veſtitus religionem mentiuntur ? quum ob cultum omnia candidatum , & ob notam vittae , & privilegium galeri , Cereri inuitantur ? quum ob diverſam affectionem tenebricae veſtis , & tetruci ſuper caput velleris in Bellonae montes fugantur ?* Lugubris hic amictus , & lanatus pileus nigri velleris , moribus , & furori horum ſtultorum hominum congruebat , (1) qui Deae luctuoſae , ferali , & ſanguinolentae ſerviebant . Nigrae veſtes , nigrae victimae Deorum Inferorum propriae , inter quae numina numeratur Bellona , quae una eſt e choro Ditis , & ſocia Erinnys , & Megaerae. (2)

Lauri ramum dextera manu non ſolum praefert hic Ciſtophorus Bellonae Pulvinenſis , verum etiam eadem manu ſublata ita tenet ut aſpergere videatur : proprius enim geſtus ille eorum , qui luſtrali aqua vel domos , vel viros in templis adſpergunt : quare non levi coniectura hinc arguere poſſumus ad Ciſtophorum Bellonae Pulvinenſis pertinuiſſe non myſticam modo ciſtam in ſacris ferre , ſed etiam famulos eidem Deae devotos luſtrali aqua purgare. Luſtratio cum aqua fiebat , ut docet Virgilius : (3)

Idem ter ſocios pura circumtulit unda ,
Spargens rore levi , & ramo felicis olivae .

Adnotandum eſt aſpergillum tum ex ſetis , tum ex thallo , vel lauri vel oleae promiſcue eodem tempore in uſu fuiſſe , uti erudite obſervat Fabrettus in Traiani Columnam. (4) Plura ſi vellem addere poſſem de uſu luſtralis aquae apud veteres ; verum quum nihil niſi obvium , & doctis viris exploratum adferri poſſit , haec praelibaſſe ſatis ſuperque erit.

Reliquum illud eſt ut bipennes duae utraque parte lati , & acuti ferri , quas laeva gerit Ciſtophorus Bellonae Pulvinenſis , obſerventur. Cum his Sacerdotes , qui ſoli erant Bellonae victima , divino furore correpti lacertos ſibi incidebant , & ſanguine Deam ipſam inſpergebant , ut docet Tibullus , (5) a quo docemur haec ſacra tum maribus , tum feminis fuiſſe communia.

Sic fieri iubet ipſe Deus , ſic magna Sacerdos
Eſt mihi divino vaticinata ſono.
Haec ubi Bellonae motu eſt agitata , nec acrem
Flammam , nec demens verbera torta timet :
Ipſa bipenne tuos caedit violenta lacertos ,
Sanguineque effuſo ſpargit inulta Deam.
Statque latus proefixa veru , ſtat ſaucia pectus ,
Et canit eventus , quos Dea magna monet.

Eo-

(1) Vide etiam Stephani Le Moine Epiſtolam ad Gisb. Cuperum de Melanophoris pag. 262. (2) Ex Petronio in Satyr. Cap. CXXIV. (3) Aeneid. Lib. VI. v. 229. (4) Cap. VI. pag. 164. 165. (5) Lib. I. Eleg. VII. v. 40.

Eodem quoque ſanguine candidati conſignabantur, ut tradit Tertullianus. (1) Ad furorem lymphaticum cantu muſico excitari ſolitos, colligo ex fragmento antiqui lapidis in Theſauro Gruteriano, (2) non ſecus ac Fanatici Deae Syriae, qui, ut docet Apuleius, ad lymphaticum tripudium, veſaniamque ſaltationem, & capitis rotationem tibiae cantu incitabantur. Ita quoque Galli ad cymbalorum pulſationem furore perciti futura vaticinabantur, eorumque effatis fides maxima adhibebatur, teſte Iuvenale: (3)

——————— *Sed ut fanaticus, oeſtro*
Percuſſus, Bellona, tuo, divinat.

Hoc ſanguine litari, & crimina expiari putabant, & pro vulneribus ſtipes accipiebant. (4) An vero Bellonae ſacra in uſu fuerint apud veteres Etruſcos noſtros, alibi fuſius diſquiram.

TABVLA IX.

VERTVMNALE SACRVM.

Ex marmorea Tabula anaglypho opere exſculpta, quae exſtat in Muſeo Victorio Romae.

MAxima ex parte, Franciſce Victori Eques Splendidiſſime, exornata eſt haec Tabula, te auſpice, eximiis antiquitatis monumentis, quae deprompta ſunt e tuo Muſeo, quod in dies bono litterariae reipublicae auges, ac locupletas. Primum igitur exhibetur, ut arbitror, votivum marmor, in quo SACRVM VERTVMNALE fit in honorem VERTVMNI, quem agrorum, hortorumque tutelae, ac cuſtodiae veteres praeeſſe voluerunt. Hunc Deum ab Etruſcis primum Latini accepere, dein a Latinis Romani, qui ei ſignum, & templum dedicarunt in Vico Tuſco, ex quo ad Circum maximum iter erat, teſte Cicerone. (5) Terra ipſa in eius ſacro ara eſt, in qua foci flamma ad ſidera in rectum pyra tendit, circumvolitante papilione. Circa focum cucurbitae, & braſſicae cum caulibus coacervatae ſunt, & proiectis frugum & olerum corbis impoſitae.

Iuxta arborem hinc adſtat ruſticus, qui bonum omen ex ardentibus flammis, atque ex avicula oſcine, quae arbori nudae inſidet, ſublata laeva manu captat, aut avide expectat ab augure, ſeu

(1) In Apologetico Cap. IX. (2) Pag. DCLIV. 7. (3) Satyr. IV. v. 285. (4) Vide Alexandrum ab Alexandro Genial. Dier. Lib. V. Cap. XII. (5) In Verrem Lib. I. c. LIX. vide Ovidium in Faſtis Lib. VI.

ab haruſpice ; qui e regione pugillarem tenet , in quo auſpicia notata ſunt , vel noranda ; ſublatoque dextero brachio digitum in caelum intendit, quaſi propitium numen, ac voris obſequens promittat. Hinc ruſticus alius , eidem auguri proximus , cani hortorum vigili cuſtodi cibos in eſcario vale porrigit , ut fortaſſis ex eius quoque conceſtione augur auſpicia capiat. Inter haec ſervus hortenſis munito capite panniculo , ne gravis farcinae pondere laedatur , vel foedetur , calathum oleribus refertum in humeris defert , & baculo , qui inferius in antiquo lapide *auxiliarium inſtrumentum* dicitur , (1) ut viae laborem levet , innititur.

Quamvis autem non negem hoc ſacrum convenire etiam poſſe Silvano , vel Priapo ceteriſque Diis Agreſtibus , & Hortenſibus, (nam perſaepe ſculpti ſunt fruges , & poma in ſinu ferentes , eorumque ſacro adſtat canis a puero ruſtico adductus , ut in votiva tabula in honorem Silvani , quam profert Iacobus Philippus Thomaſinius ;) (2) tamen quia multa ſunt in hac ſculptura , quae eidem Vertumno , eiuſque ſacris , quae Octobri menſe fiebant , (3) non male conveniunt , *Vertumnale Sacrum* inſcribere magis placuit.

Hoc ſacrum a ruſticis , vel ab his qui ſupra horros erant , celebrabatur , atque votivum , vel euchariſticum erat pro fructibus , ac frugibus , quas vertente anno acceperant ; vel pro felici eventu , & ubertate ineuntis anni , cuius etiam primitias offerre ſolebant. Sacri praeterea Vertumno erant cucumes , & cucurbitae , & braſſicae , quae in hoc anaglypho opere conſpiciuntur . Huic meae coniecturae ut adhaeream facit Propertius , qui Vertumni laudes celebrans , ita eum loquentem inducit: (4)

Sed quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum.

Mox paullo inferius ita ait:

Arma tuli quondam , & (memini) laudabar in illis.
Corbis at impoſito pondere meſſor eram.
Paſtorem ad baculum poſſum curare , vel idem
Sirpiculis medio pulvere ferre roſam.
Nam quid ego adiiciam , de quo mihi maxima fama eſt ,
Hortorum in manibus dona probata meis ?
Caeruleus cucumis , tumidoque cucurbita ventre
Me notat , & iunco braſſica vincta levi.

Utrimque in duabus metopis triangularis formae ſculpta eſt imago ad dexteram feminae , quae forſitan eſt Octavia Auli Liberta Salvia ; ad ſiniſtram viri , qui ni fallor eſt T. Paconius Caledus e Tri-

(1) Cl. VII. n. 145. (2) De Donariis Cap. XXIV. Lib. 157. (3) Ex Varrone Lib. V. vide etiam Roſini Antiquit. Romanas Lib. II. Cap. XX. (4) Lib. IV. Eleg. II.

Tribu Collina, qui voti compotes Vertumno hanc Tabulam, forte in eius templo, quod Romae fuit in Vico Tuſco, dedicarunt.

Quod vero ea maior figura in hoc marmore haruſpicem repraeſentet, nemo ibit inficias, qui non ſemel legerit eos in ſacrificiis adhibitos, & de omni eventu rerum, & actionum conſultos fuiſſe. (1)

Poſt hanc votivam Tabulam, quam breviter illuſtravimus, complures elegantiſſimae Gemmae, ut ita dicam *balneariae* exhibentur, de quibus ad finem harum obſervationum erit ſermo.

TABVLA X.

MILITVM CIPPI SEPVLCRALES.

1. *Cippus exſtat extra Portam Pertuſam in propugnaculis.*

CAius Caſſius Modeſtinus, e Veturia Tribu, Miles Claſſis Miſenenſis, ſibi vivens poſteriſque ſuis, & Caſſiae Verae coniugi feeit hoc ſepulcrum quod exhibemus. Imago tum eiuſdem Caii Caſſii Modeſtini, tum Caſſiae Verae ſculpta eſt ſupra titulum. Horum Militum ſepulcrales cippos libuit mihi adferre ut eorum arma, ac veſtium cultus obſerventur. Claſſiarius igitur Miles C. Caſſius tunica ſuccincta amictus eſt, pendetque ex humerali fibula chlamydium. Dextera parazonium tenet, ſiniſtra militare ſceptrum. Pedes calceis ornati ſunt, clypeus lunulis inſignis, atque in medio munitus mucrone. Seorſim duae galeae ad pedes poſitae ſpectantur, altera maior pinnis ornata, altera minor clauſa, & foraminibus non paucis inſtructa ad inſpectandum. Superne appenſa eſt corona lemniſcata, quae, ut arbitror, indicat galeas ei honoris cauſa donatas fuiſſe, vel in ludis Caſtrenſibus pro praemio virtutis accepiſſe. Galeam in Caſtrenſibus ludis propoſitam fuiſſe ante oculos militum pro praemio perſpicue oſtendit marmorea ſedes pulcherrima anaglypho opere ſculpta, quae hoc anno MDCCXXXII. inventa eſt dum huius egereretur in iacendis fundamentis Sacelli Gentis Corſiniae, iussu CLEMENTIS XII. Pontificis Optimi Maximi, quaeque hodie exſtat in Aedibus eorumdem Excellentiſſimorum Principum Corſiniorum; in qua duo milites inter ſe athletice certant, ut aeneam galeam buculis ornatam, pro praemio propoſitam accipiant: cuius ſedis ſchema, egregie delineatum ab Equite Hieronymo Odam, Ioannes Bottarius amicus meus optimus, vir longe eruditiſſimus, atque clariſſimus ad me

(1) Vide etiam Plinii Epiſt. Lib. II. & 2. Lib. VI.

perhumaniter miſit. In ſepulcro Batonis Gladiatoris, quem Antoninus Caracalla coegit eodem die cum tribus certare continenter, eumque occiſum a poſtremo adfecit magnifica ſepultura, trunco arboris praealtae impoſita cernitur galea clauſa, hinc & hinc oculorum loco perforata, quam eidem in praemium propoſitam fuiſſe non vanus augur cenſeo; quod tamen ſilentio praeterit Fabrettus, qui ſepulcrum imagine eiuſdem Batonis exornatum adfert in Syntagmate de Columna Traiani Cap. VIII. (1)

II. *Cippus effoſus in Via Appia in Vinea quadam.*

QVI fuerit TESSERARII Legionis VI. Ferratae veſtium cultus, atque arma, perſpicue hoc marmor oſtendit. Chlamyde indutus eſt fimbriata, quam fimbriae in ora circumdant. De hac militari veſte luculenter agit doctiſſimus Senator, & Patricius Florentinus Philippus Bonarrotius, quem ſi conſules operae pretium facies. (2) Cirrata quoque eſt chlamys Aurelii Saturnini Equitis Cohortis VIII. Praetoriae, qui militavit in Legione II. Italica, fuitque TESSERARIVS: cuius imaginem ex eius ſepulcro adfert Fabrettus, etſi parum diligenter delineata fuerit. Teſſerae vel caracteribus notabantur, vel Deorum imaginibus, vel nominibus, aut ſymbolis inſculpta erant, quibus praeceptum Principis Legionis militibus nunciabant Teſſerarii.

Thecam, in qua teſſerae condebantur, dextera tenet hic Sextius Carpophorus, qui etiam caligatus eſt, & haſtae duplici cuſpide inſtructae innititur. (3)

III. *Cippus in Vinea Ioannis Baptiſtae Paſſavanti iuxta Portam Capenam intra Urbem erutus.*

SPatium terreni ſacri, & religioſi primum notatur in hoc Cippo, quem in acdiculae ſpeciem excavatum fortaſſe veteres ſacellum adpellarunt; nam SACEL. IN FRONTE PEDES VIII IN AGRO PEDES XIS. colligere dicitur. Ex hoc igitur ſepulcri anaglypho liquet qui nam fuerit militis Praetoriani habitus. Pectus loris circumquaque ductis munitum eſt, dextera haſtam, ſiniſtra ſcutum inſertum habet. Ad pedes lacerna, ſive chlamydum loricae impoſitum eſt.

Sub titulo M. Percennii Axii, natione Media, e Tribu Ouſentina, alius titulus inſcriptus eſt Conſtanti Auguſti *Scribae a rationibus voluptatum*. Huius officium fuit impendia pro voluptatibus in

(1) Pag. 258. (2) In Obſervationibus ad Numiſm. max. mod. pag. 257. 258. (3) De his haſtis vide Fabrettum de Col. Traiani Cap. VI. pag. 180. 181.

in breviario adnotare. Voluptatum nomine veniunt ludi ſcenici, ſpectacula in Circo, in Theatris, Amphitheatris, Orcheſtris, Xyſtis, & Scenis edita, de quo officio vide Reineſium. (1) Huc quoque faciunt laſcivae voluptates, & illecebrae ad venerem ſpectantes, & in condiendis dapibus commenta, de quibus Lampridius in Heliogabali vita.

IV. *Cippus in culina Artemiſiae Frangepaniae.*

LEgionarii militis exhibet imaginem hic Cippus. Scutum dextera inferrum tenet praeter morem; nam ſiniſtra tenere ſolebant milites, ut hoſtem dextera libere adgrederentur; quod etiam veteres ſculpturae tum Graecae, tum Etruſcae, tum etiam Romanae perſpicue oſtendunt. De Aenea arma induente ita Virgilius: (2)

Hic ferro accingor rurſus, clypeoque ſiniſtram
Inſertabam aptans. ——————

Hunc verſum explanat Caelius Rhodiginus, (3) qui notat illud ſcuti lorum annuli vice, inter quod, & ipſum ſcutum inſertamus manum, *infertorium* dici. Forte aliqui fuere milites, adeo militiae periti, ut illud etiam in dextera inſertum gerentes ſtrenue pugnarent. Eodem quoque modo non raro milites in antiquis ſculpturis occurrunt ferentes gladium non ad ſiniſtrum latus, ut ab omnium nationum populis in more receptum eſt, ſed ad dextrum, ut iam adnotavi ad ſtatuam L. Percennii Maximi Gubernatoris ex Claſſe Praetoria Miſenenſi; (4) ac cernitur in Cippo in hac Tabula relato n. II. Sexii Carpophori militis Teſſerarii.

TABVLA XI.

MONVMENTA SIVE SEPVLCRA AB INCERTIS ET SINGVLARIBVS POSITA.

1. *Cippus marmoreus, Romae in quadam domo.*

IVvenis, quemadmodum huius generis artifices ſolent, humi ſedens, ſcapham, ſive onerariam naviculam ſcalpro, & malleolo per-

(1) Syntagm. Inſcr. ant. Cl. XX. n. LXX. (2) Aeneid. Lib. I. v. 671. (3) Lib. X. Cap. IV. (4) Vide Par. I. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium Pag. 246. n. 12.

perficit, ut in aquam immitti poſſit. Veriſimile eſt hanc eſſe imaginem Priſci Bithyni Tryphonis, (ita legendum eſt, non TRIPHONIS) qui, etſi non exprimatur in titulo, naupegus tamen fuiſſe videtur.

II. *Cippus Via Latina prope Vrbem in Vinea quadam erutus.*

VIR in triclinari lecto recumbens, ſiniſtra vaſculum tenens, dextera ardentem, ac vigilem lucernam, defunctum Aurelium Mucianum Veteranum ex numero Singularium Auguſti repraeſentat; cui hunc Cippulum anaglypho opere inſculptum poſuit Iulius Valens Centurio Legionis.

Ad pedes eius Genius, memor brevis aevi, ut ait Horatius, (1) dextera corollam adtollit, eamque ei offert. Veteres Ethnici memores brevitatis huius vitae Genium thure, mero, & floribus placabant, ut curis omnibus ſoluti in omnes voluptates effuſi genio ſuo indulgerent: nam ut ait Horatius: (2)

Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum
Naturae Deus humanae, mortalis in unum
Quodque caput, vultu mutabilis albus, & ater.

Perraram inſcriptionem, nuper Romae effoſſam quodam in loco, ſed a poſſeſſore occultatam, lubet adferre, quae Epicurei hominis mentem, & ſenſus ita exprimit.



Mi-

(1) Epiſtol. Lib. II. ad Aug. v. 144 (2) Ibidem verſus finem.

Mire convenit cum epitaphio Sardanapali regis, quod Cicero in latinum ſermonem ita convertit:

Haec habeo quae edi, quaeque exſaturata libido
Hauſit, at illa iacent pulchra, & praeclara relicta.

Sub titulo Amor depoſito arcu, & pharetra ad aram igne ſuccenſam ſacrificat, & duas pateras ad libationes faciendas tenet.

III. *Urna, ſeu Ara marmorea in Templo S. Sebaſtiani Via Appia.*

IN anaglypho opere, quod ſub titulo huius ſepulcralis urnae cernitur, ludicrum certamen exhibetur, quod in Dionyſiis feſtis in honorem Bacchi fieri ſolebat; de quo nonnulla adnotavi ad Tabulam LXXXIX. Voluminis Primi Muſei Florentini ad Gemmas I. II. & III. (1) Satyrus igitur cum hirco corniſcat: hinc, atque hinc duo Genii adſunt, quorum alter facem adtollit, atque ea hircum, ni fallor, irritat ad pugnam, & ad cominus feriendum; alter vero palmam praefert, victori donandam. Palmae ramus in medio certantium quoque ſpectatur. Hoc certamen valde iucundum, atque ad riſum excitandum magnopere accommodatum erat; & ad eorum ſimilitudinem athletae in palaeſtris viciſſim fronte arietabant, ut docet Lucianus. (2) Hic ludus voluptatis plenus in ſepulcralibus urnulis ſculptus eſt ad indicandum, ut mea fert opinio, in Elyſiis campis ſilviſque, ſummo gaudio, & magnis oblectationibus recreari defunctorum animas.

IV. *Ara marmorea inventa in Via Appia in ruinis Calatiae.*

PErrari ſunt in magna antiquorum lapidum ſupellectile tituli ſepulcrales Graece, & Latine inſcripti; quare habenda eſt in pretio haec ara elegantiſſima, quae non ſolum duplici titulo Graeco, & Latino ornatur, & communis eſt L. Aurelio Lapyno Onagro, & L. Aurelio Sabino DOLIARIO, verum etiam anaglypho opere, in quo quae forma doliorum, & diotarum fuerit, in quibus veteres vina ſervare ſolebant, obſervare facile poſſumus. Dolia, quae hinc & hinc ſculpta conſpiciuntur minoris formae, & incertae menſurae ſunt; nam dolia maximae menſurae urnas XLI. continebant, ſive amphoras XX. cui, ut explicat Paetus de menſuris, (3) altera urna ſu-

(1) Claſſ. IV. pag. 169. (2) De Gymnaſiis in principio Tom. I. pag. 665. 666. (3) Lib. VII. Epiſt. XXII.

ſupra quadrageſimam, quam addit Cato, acceſſionis loco, & pro detrimento adſignabatur. Vinaria dolia in cellis condita, in terra ita defigebantur, ut inde moveri non poſſent, adeoque cum fundo ita cohaerebant, ut perpetuo ibi eſſent, & ſine ruina aedificii avelli non poſſent, ut docent clariſſimi iuris interpretes Iavolenus, Vlpianus, & Pomponius a Paneirollo adducti Tit. xxv. de Cellis; quod etiam obſervat Paullus Manutius in Commentariis in Epiſtolas Ciceronis ad Familiares. (1) Dolia vero ea eſſe puto, quia quum L. Aurelius Sabinus, qui ſibi, ſuiſque hanc aram poſuit Doliarius dicatur, dolia, quae ad eius artem, vel officium pertinent, ſculpenda erant. Dixi artem, vel officium, quia non bene compertum eſt an L. Aurelius Sabinus fuerit Doliarius πιθοτόμος, doliorum fictilium artifex, an cuſtos ſervus, ut ad alium lapidem in Gruteriano Theſauro (2) explicat Laurentius Pignorius, (3) qui in tanta inſcriptionum antiquarum copia ſingularis eſt. Verum doliorum figulum facilius credam, nam nulla nota adpoſita eſt in hoc titulo, quae eum ſervum declaret.

Romae celebres fuere figlinariae officinae praeſertim in Eſquiliis, ut colligo ex Feſto. (4) Meminit Officinae Dolearie, ſive doliariae praeter alias plurimas, quas praetereo, haec vetus Inſcriptio, quam adfert Fabrettus: (5)

M. PVBLICI IANVARI
EX OFFI DOLEARIA
MAIORIS.

Inter dolia, quae menſe Septembri picabantur, ut docet vetus Kalendarium Romanum apud Grurerum, (6) Plinius vero Lib. xiv. Cap. xxi. a Canis ortu, & modum exponit, & cupas vinarias hoc diſcrimen fuit, quod dolia fictilia erant, cupae vero ligneae, & circulis cinctae, populis circa Alpes maxime in uſu, ut ex Plinio liquet: (7) in quibus vinum non diu cuſtodiendum, ut in doliis, ſed aſſidue promendum reponebatur, ut ibidem Paullus Manutius obſervat. Laurentius Pignorius cellae vinariae typum exhibet ex M. Velſero, in qua quomodo cupae diſponerentur obſervandum eſt.

Dolia ventroſa, ac patula, quorum iconiſmum exhibet Lucas Pactus de menſuris Lib. v. pag. 89. minus utilia ad ſervandum vinum habita ſunt; quae ſi imbecilla vina ſervare deberent in terram demittebantur; ſi vero valida, exponebantur, ut docet Plinius Lib. xiv. Cap. xxi. E doliis vinum hauriebant, & in alia vaſa minora ad commodum menſarum diffundebant, ut colligo ex Ci-

ce-

(1) Lib. vii. Epiſt. xxii. (2) Pag. dlxxxiii. 1. (3) De Servis Pag. mihi 265. (4) In voce *Salinum*. (5) Cap. vii. n. 305. (6) Pag. cxxxix. (7) Lib. xiv. Cap. xxi.

cerone de claris Oratoribus, & ex Seneca Epiſtola XXXVI. Egnatii Metelli uxorem, quod vinum bibiſſet e dolio, interfectam fuiſſe a marito, eumque caedis a Romulo abſolutum, memorat Plinius Lib. XIV. Cap. XIII.

Quod adtinet ad diotam, ſive amphoram in medio doliorum ſculptam in hac ara, peropportunam nactus occaſionem, lubet ex tuo Muſeo, Franciſce Victori Eques Ornatiſſime, inſigne omni aevo monumentum depromere; cui quum hactenus aliud ſimile in magno antiquitatum theſauro in lucem non prodierit, quanti aeſtimandum ſit iudicabunt viri docti; quorum gratiam initurus lubens animo in aerea tabula peraccurate delineatum heic exhibeo. Romana Amphora vinaria haec eſt, octo congios continens, quemadmodum tu ipſe obſervaſti, & paullo inferius exponam, anno MDCCXXVIII. inventa inter rudera Domus aureae Neronis in Hortis Farneſiis; quam a fato, & oblivione vindicans quanti fecerit vir aeterno nomine, celebrandus Franciſcus Blanchinus Praeſul, qui eam conquiſivit, e cuius Muſeo in tuum tranſiit, poſt eius obitum a te protinus comparata, non abs re erit ex hac portione eius epiſtolae, quam ad me vernaculo ſermone, ut frequenter ſolebat, conſcripſit XVI. Kalendas Martias eiuſdem anni, perſpicue cognoſcere; in qua etiam breviter nonnulla idem Praeſul tangit, quae mox paullo fuſius a me explicabuntur.

„ L' Anfora vinaria degli Orti Farneſi, da me acquiſtata, „ mi è veramente cara, non ſolamente per la forma, che ri- „ ſponde alle chiamate da Orazio *diota*, di due orecchie:

Deprome quadrimum Sabina,
O Taliarche, merum diota:

„ ma perchè la riguardo come un manoſcritto del primo ſecolo, „ eſſendovi la inſcrizione fatta coll' inchioſtro; che moſtra eſſere „ quel vino della cantina di L. Purellio Gemello. La inſcrizione „ da lei ritrovata nelle Collettanee del Sig. Doni di un Liberto „ della Caſa Auguſta con l' ufficio A CELLARIS, mi ſarà cariſſimo „ di vederla intera ricopiata, giacchè ha tanta relazione con que- „ ſta, in cui ſi legge:

EX CELL
L PVRELLI GEMELLI
CAESENNIAE

„ Sopra vi è un' altra parola di due, o tre ſole lettere, che non „ ſi può ben rilevare: e a fianco è ſcritto un' altro nome per tra-

„ verſo , che pare dica CAESENNIAE : e forſe ſarà la padrona „ del fondo ove era fatto il vino , o quella , che lo mandò.



Vt igitur perſpicuo , quo ad fieri poteſt, ordine procedam , vete-

rem

rem Romanam amphoram vináriam illuſtraturus, primum eius formam, ac figuram obſervabimus, deinde de hiſce eius characteribus, menſu-



ra, & uſu diſſeremus. Fictilis ea eſt, & Romanorum palmorum quinque altitudinem aequat. Inferne eſt acuminata, quo facilius, ut

facere ſolebant, in terram defigerent: non enim amphorae quum apodes eſſent, erectae conſiſtere poterant, ſed ſi iiſdem uti volebant, neceſſe erat, ut e cella in triclinium translatae ad ſervitium menſae ſuper tripodas, a quibus ſuſtinerentur, ut inferius dicam, ſtatuerentur.

Amphoras igitur titulo inſcribi ſolitas perſpicuum eſt: quod vero in collo inter utramque aurem, ſive anſam inſcriberentur, docet hoc archetypum exemplar. Petronius tamen pittacia in cervicibus amphorarum adfixa fuiſſe dicit, cum titulo, in quo genus vini, & actas notata erant; in quem locum vide interpretes, & virum longe doctiſſimum Petrum Burmannum. Litterae huius amphorae maioris formae ſunt, atramento tectorio pictae. Atramentum, quo uſi ſunt veteres, multiplex fuit, ut docet Plinius: (1) illud vero quo figlina opera inſcribebant e fuligine confectum fuiſſe pluribus modis, reſina vel pice exuſtis, colligere fortaſſis poſſumus ex Iuvenale, qui teſtas vinarias multa fuligine inſcriptas his verſibus memorat: (2)

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis; cuius patriam titulumque ſenectus
Delevit, multa veteris fuligine teſtae.

Romanos ab Etruſcis noſtris didiciſſe puto qua ratione, titulo in aevum duraturo, inſcriberent fictilia vaſa atramento tectorio; nam frequenter apud noſtrates effodiuntur fictiles veterum Etruſcorum urnae ſepulcrales titulis inſcriptae vel ex atramento, vel e colore rubro tam vivido, ut heri, aut nudiuſtertius ſcriptae videantur; qui tituli haud facile ſpongia deleri poſſunt. Ex titulo amphorae *litteratae fictiles epiſtolae* dicuntur a Plauto: (3)

——————— Itaque in totis aedibus
Tenebrae, latebrae: bibitur, aeſtur, quaſi in popina, haud ſecus.
Ibi tu videas litteratas fictiles epiſtolas
Pice ſignatas: nomina inſunt cubitum longis litteris:
Ita vinariorum habemus noſtrae delectum domi.

Alibi apud eumdem Plautum occurrit *urna litterata*, (4) & *euſiculus litteratus*. Litteras longas eas eſſe cenſent Turnebus, (5) & Lambinus, (6) quae maiores ſunt, & maiuſculae appellantur.

Sed quid ſignificet titulus, ſeu epiſtola huius amphorae declarandum eſt. In prima linea, quomodo, & quid legendum ſit ab aliis doceri cupio. Hanc ſilentio praeteriit Blanchinus Praeſul, vir vetuſti aevi omnium characterum conſultiſſimus. Libras vini, qui-

(1) Lib. xxxv. Cap. vi. (2) Satyr. Lib. V. v. 27. (3) In Poenulo Act. iv. Sc. ii. v. 14. (4) In Rudente Act. ii. Sc. v (5) Adverſ. Lib. xxiv. Cap. xxxi. ad Plautum in Aulul. Act. i. Sc. i. in fine, & in Ruden. Act. v. Sc. ii. (6) In eumdem locum Plauti.

quibus amphora capax eſſet, indicari cenſeo, quae octoginta eſſe debent, uti apud omnes in comperto eſt. (1) In ſecunda linea lego *Ex Cellis*, ſeu *Cellariis*, exemplo antiqui lapidis, qui inferius adfertur in Claſſe VII. n. 154. atque ille ipſe eſt, quem Blanchino communicavi. In tertia vero ſcriptum eſt *L. Purelli* (nempe *Purellii*) *Gemelli*. Deinde in medio ſequitur littera M quae genus vini in ea repoſitum indicare videtur, vel *Maſſicum*, vel *Mamertinum*, vel *Maecenatianum*, quod in mediterraneo genitum valde in pretio fuit, de quibus conſulendus Plinius. (2)

Titulus ex adverſo ſcriptus in latere huius amphorae mihi valde reconditus, & obſcurus eſt; nam a reliquis verſibus differt, atque *curſivi* characteris ſpecimen praeferre videtur, ac fortaſſe notat figulinam: nam in operibus doliaribus conſtat non ſolum notatos fuiſſe Conſules, verum etiam figulorum artificum, & dominorum, ſeu dominarum figulinae nomina, & inſignia. Franciſcus Blanchinus, ut ſupra vidimus, legit CAESENNIAE; putatque Caeſenniam forſitan fuiſſe dominam fundi, ſeu praedii, in quo vinum confectum fuit, aut quae illud miſit. Huius explicationis iudicium penes viros doctos eſto. Ego vero, ſi ſcriptum ſit CAESENNIAE, facilius, ac lubentius credam amphoram hanc vino plenam dono datam fuiſſe Caeſenniae in Saturnalibus, ut mos erat, in quibus xenia, & apophoreta amici ab amicis accipiebant, quibus lemmata adſcribebantur, ut aperte oſtendit Martialis Epigrammatum Lib. XIII. & XIV. ex quibus colligi poteſt vina optima e cellis deprompta dono miſſa fuiſſe; ac de Mamertino vino, quod forte indicat ſingularis litera M huic amphorae adſcripta, apud eumdem Martialem hoc lemma legitur CXVII.

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta,
Si datur, quod vis nomen habere poteſt.

Notatus etiam in xeniis vini cellarum dominus, & locus praediorum, uti ad Albanum vinum indicat hoc lemma CIX. eiuſdem Martialis:

Hoc de Caeſareis mitis vindemia cellis
Miſit, Iuleo qua ſibi monte placet.

Donatum etiam in amphoris mel, atque etiam acetum peregrinum ex hoc alio liquet CXXII.

Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti,
Eſſet quum vinum, vilior illa fuit.

De

(1) Pag. 643. (2) Lib. XIV. Cap. VI.

De huiuſmodi vero donis, quae in Saturnalibus fiebant, ſatis luculenter Lipſius, (1) ad quem lectorem mitto. Quod vero, ſi CAESENNIAE legendum ſit, hoc nomen illius feminae eſſe poſſit, cui dono miſſa fuit haec amphora imbuta vino ex cellis L. Purellii Gemelli, id probari poteſt exemplo huius fragmenti amphorae vinariae fictilis, quod nunc exſtat in Muſeo Kircheriano in Collegio Romano: repertumque fuit anno MDCCXXXI. in Aventino, intra pomoerium ab Admod. R. P. Antonio Maria Lupi, Societatis Ieſu Preſbytero, viro eruditiſſimo, mihique ob eximium in inveſtigandis, vindicandiſque ab interitu, & oblivione antiquitatis monumentis ſtudium amiciſſimo: e cuius epigraphe atramento tectorio ſcripta liquet donatam fuiſſe Marcellae, procul dubio in Saturnalibus, cum fauſta acclamatione FELICITATE, nempe FELICITATEM; praetermiſſa, ut in familiari ſermone indocti, & e plebe facere ſolebant, littera M; cuius eliſionis ſexcenta exempla etiam in vetuſtis ſaxis aureo aevo inſcriptis occurrunt.

Inſcriptio ex archetypo, translucido folio, oleoque infecto, accurate excepta, te curante Franciſce Victori Eques Nobiliſſime, diligenter delineata ab Hieronymo Odam Equite, haec ipſa eſt, quam modo praemiſimus.

Integra eſt inſcriptio praeter quam in tertia linea, in qua in principio paucae litterae deſunt; quae ita ſe habet: *Fabriles Marcellae Noſtrae . . . Felicitatem. Fabriles* ſunt, ni fallor, artifices figuli, amphorarum vel maiorum, vel minorum, fictiliumque vaſculorum compoſitores, qui & VASCVLARII (2) FICTILIARII (3) & VRNAMENTARII in

(1) Lib. 1. de Saturnal. (2) In Gruteriano Theſauro Pag. DCXLIII. 4. 5. 6. 7. (3) Pag. DCXLIII. 1.

in vetuſtis inſcriptionibus appellantur, (1) iidemque huiuſce amphorae donatores: non enim *Fabriles* eſſe poſſunt e familia *Fabrilia*; nam tunc ſcribendum fuerat *Fabrilii*, non *Fabriles*. Quae vero ſit haec Marcella, an maior, vel minor neptium Octaviani Auguſti ex ſorore Octavia maiore, an alia quaedam nomine ſuo haud tantopere celebris, aliis inveſtigandum relinquo. Eadem vox *Fabriles* hactenus perrara, & inuſitata ſequioris aevi inelegantem ſtylum arguere videtur. Neque vero quod ſequitur in tertia linea, Marcellae cognomen eſſe poteſt, quaſi fuerit *Marcella Felicitas*, ſed perſpicuum eſt adclamationem cum dono a Fabrilibus factam fuiſſe, & in ipſa amphora expreſſam FELICITATEM, quam patronae figulinae ſuae, ut indicat ea nota N̄ precabantur, atque exoptabant. Haec ſiquidem xenia, & apophoreta in Saturnalibus miſſa, & dono data etiam in conviviis, cum votivo omine fauſtitatis coniungebantur, quod etiam in ipſis inſcribebatur, uti obſervat Fabrettus. (2) Schema parvae amphorae vitreae e Muſeo Carpineo exhibet Senator Nobiliſſimus Philippus Bonarrotius, (3) in qua ſcriptum eſt VINCENTI PIE ZESES, quam ab auriga Circenſium victore dono datam alicui amico poſt convivium, quod praebuit tamquam partae victoriae ſuae monumentum, ex eo arbitratur, quod picti ſint equi, ſingulique eorum nomen adſcriptum. Sed de inſcriptione huius amphorae vinariae ſatis.

Ad menſuram, & capacitatem eiuſdem amphorae Romanae vinariae, ut paullo ante propoſui, nunc gradum facio. Eam continere congios octo mihi conſtat ex diligenti examine, quod feciſti, Franciſce Victori Eques Splendidiſſime, VIII. Kalendas Iulias anno MDCCXXX. cum congio antiquo Romano, quod exſtat in Muſeo Collegii Romani, favente tuis obſervationibus ſingulari humanitate Admod. R. P. Horatio Burgundio Societatis Ieſu Presbytero; cuius examinis ſtatim per epiſtolam me certiorem facere voluiſti. Experimentum, ut dicebas, non cum liquidis, ſed cum aridis feciſti: nam ſi feciſſes liquidis, videbas multum aquae arentem amphoram ebibituram eſſe, & timebas ne ſi aqua imbueretur, facile deleretur titulus, ut diximus, atramento tectorio ſcriptus: quod factum non ſemel accidiſſe aliis monumentis eodem modo inſcriptis incuria, & barbarie quadam pudenda neglectis nuper mecum deplorabas. Igitur octies a te impleto congio Romano aridis, & ſigillatim defuſis in tuam amphoram, multa cum animi voluptate comperiſti eam capere congios octo, ac proinde urnas duas, ſextarios octo & quadraginta, cuius menſurae capacem eſſe oportere Romanam amphoram ex antiquis monumentis Leonardus Portius, Guillielmus Budaeus, Lucas Paetus, Villalpandus, Bartholomaeus Beverinus, aliique praeſtantes ſtudio, & diligentia viri obſervarunt; quare octo congiorum capax conſtituta amphora Roma-

(1) Apud Sponium in Miſcell Sec. VI. pag. 238. (2) Inſcript. ant Cap. VII. pag. 500 (3) Tab. XXIX. Fig. 2. vide in Obſervat. in Vaſa vitrea Coemeterialia.

mana, octoginta libras liquotis continebit. Turpem lapſum heic notare libet, in quem incidit Marcellus Donati in Dilucidationibus in Capitolinum; qui ſcriptor Maximinum Imperatorem bibaciſſimum fuiſſe ex eo demonſtrat, quod ſaepe in die vini Capitolini amphoram biberet: ubi de amphorae menſuta diſſerens Donatus ita ait: *Cato de Re ruſtica inter inſtrumenta vilici amphoram quinquagenariam enumeravit, hoc eſt libras quinquaginta comprehendentem, ut ego interpretor.* Cato eo in loco n. x. pag. 11. ex editione Pariſienſi regii Typogtaphi Roberti Stephani anni MDXLIII. quam curavit, & ad veterum exemplarium fidem ſuae integritari reſtituit omnium doctorum virorum eminentiſſimus tuus Petrus Victorius, ita habet: *amphoras olearias* il. *urnam quinquagenariam unam, &c.* quare perſpicuum eſt Catonem appellare *urnam quinquagenariam*, non vero amphoram; quam poſtea turpiori lapſu cotruens, tres congios habuiſſe conicit adlato exemplo Novelli Totquati Mediolanenſis, quem Plinius (1) memorat, uno impetu tres congios ebibiſſe, ſpectante miraculi gratia Tiberio Principe.

Reliquum illud eſt ut de amphotae uſu praeſertim in conviviis, in ſacrificiis, in ludis, & in funeribus paucis diſſeram. In conviviis, & coenis, amphoras e cellis, ſive etiam ex horreis, uti ex Horatio conſtat, (2) deprompras, fuiſſe nemo eſt qui ignoret, atque non modo fictiles, verum etiam vitreas apud lautiores. Harum meminit Petronius: (3) *Statim adlatae ſunt amphorae vitreae diligenter gypſatae, quarum in cervicibus pittacia erant adfixa cum hoc titulo*; FALERNVM. OPIMIANVM. ANNORVM. CENTVM. Fictilium meminit Plautus loco ſuperius citato, & Horatius, 4) & Martialis ad Tuccam. (5)

Convivae meruere tui fortaſſe perire:
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

Caeſarem Dictatorem triumphali coena epulum toti populo dediſſe ferunt viginticuobus millibus triclinionum; in quibus Falerni vini amphorae centum, & Chii centum cadi diſtributi dicuntur. (6) Amphoras idem Martialis inter apophoreta recenſet, quibus abaci ad ſplendorem conviviorum ornabantur; quae quum apodes eſſent, neque erectae conſiſtere poſſunt, ſuper tripodas vel in iiſdem abacis, vel in terra ſtatuebantut, ut paullo ante dicebam. In anaglypho opere marmorei Sarcophagi pulcherrimi, qui exſtat Florentiae in Palatio Marchionis Riccatdii, quem delineatum quamprimum proferam in Parte II. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Vrbium, Dionyſiorum feſtorum apparatus ſculptus eſt, geſtantibus Geniis varia inſtrumenta; e quorum numero unus vinum haurit cum va-

(1) Lib. XIV. Cap. XXII. (2) Carm. Lib. III. Ode XXVIII (3) Satyr. Cap. XXXIV. (4) Carm. Lib. III. Ode VIII. Ode XVI. Ode XXVIII. (5) Epigram. XIX. Lib. I. (6) Vide Plutarchum in vita eiuſdem Caeſaris. Plinium Lib. IX. Cap. LV. & Lib. XIV. Cap. XV. Suetonium in Iulio Cap. 37. 38.

vaſculo ex urna, quae tripodi impoſita eſt. Hoc inſtrumentum, quo futilia vaſa fictilia erecta ſuſtinebantur, erat apud proletarios homines ligneum, & apud divites vel aheneum, vel argenteum, & a Graecis ἐγγυθήκη, ſive ἀγγυθήκη, uti Alexandriae, appellabatur; quod ex Athenaeo (1) oſtendit Vir Clariſſimus Philippus Bonarrotius Senator. (2) Interdum etiam urnae apodes, quum erectae ſtare non poſſent, invertabantur. Apud pauperes recumbentes fortaſſis non ſuper tripodas ſtatuebantur, ſed in terra in quibuſdam ſcrobibus ad id factis circa triclinium aliquantulùm defigebantur, ut erectae ſtare poſſent: quod obſervare mihi lubet in veteri pictura Coemeterii Sanctorum Marcellini, & Petri inter duas Lauros ad S. Helenam Via Labicana, quam adfert Boſius, & Aringhius; (3) in qua repraeſentantur funebres Agapae veterum Chriſtianorum inſtructae ſtibadio in triclinio, quod ſigma nuncupabatur; in quo puer quidam poculum manu geſtans, recumbentibus quinque numero, operae miniſterium exhibet, & in pavimento amphora uſque ad extremam partem acutam, ſive umbilicum defixa eſt. Superne haec legitur inſcriptio:

IRENE DA AGAPE
I
CALDA MISCE MI

Vinum ex amphora dum miſcebant, in laevum humerum amphoram adtollebant, & in vas latioris oris humi poſitum defundebant, ex quo facilius commodiuſque haurire poſſent; quod antiquae tum gemmarum, tum marmorum ſculpturae clariſſime oſtendunt. (4)

In ſacrificiis adhibitam amphoram vino plenam etiam apud vetuſtiſſimas nationes conſtat ex divinis Libris. Nam Belum idolum, quo nomine Chaldaei, & Aſſyrii Deum ſuum, nempe Dominum appellabant, vino in amphoris adlato placaſſe Babilonios reſtatur Daniel Propheta. (5) *Erat quoque idolum apud Babilonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies ſingulos ſimilae artabae duodecim, & oves quadraginta, vinique amphorae ſex.* Contra hanc Gentium inſanam ſuperſtitionem, quaſi numina ſitim aridam ſentirent, invehitur Arnobius. Apud Graecos quoque amphoras vinarias in uſu fuiſſe in ſacris nemo eſt qui ignoret. Amphorae Panathenaicae, de quibus paullo inferius erit ſermo, delatae in Bacchi pompa, quam ſumma magnificentia inſtituit Ptolemaeus Philadelphus rex, memorantur ab Athenaeo. (6) Minime etiam dubitandum de amphorae

§§§§§§§§ uſu

(1) Lib. v. Cap. viii. & Lib. xi. Cap xviii. (2) In Obſervat. in Vaſa Vitrea Coemeterial. Tab. xxix. Fig. 2. Pag. 213. (3) In Roma ſobterranea Tom ii. Lib. iv. Cap. xiv. Pag 119. (4) Vide Senatoris Bonarrotii Obſervat. in Numiſm. Max. mod. Pag. 451. ubi e Muſeo Carpineo adfert anaglyphum ex ebore. (5) Cap. xiv. v. 2. (6) Lib. v. Cap. vii.

que Etruſcos noſtros, & Romanos; quod breviter obſervandum eſt. Nam in amphoris hae nationes condere cineres defunctorum, atque ex eis vinum effundere in eorum exequiis, & in parentalibus ſacris conſuevere. Vetuſtiſſimum hunc Graecorum morem aperit Homerus in Odyſſeae Lib. XXIV. v. 73. qui Achillis, & Patrocli oſſa in amphora aurea ſimul conmixta fuiſſe memorat. Tzetzes oſſa quoque Antilochi in unum in eadem amphora condita fuiſſe docet. (1) Liquores etiam nempe mel, & oleum ex amphora fuſos in parentalibus ſacris memorat idem Homerus, qui narrans ſolemnia iuſta ab Achille Patroclo celebrata, ait: (2)

Ἐν δὲ τίθει μέλιτος, καὶ ἠλείφατος ἀμφιφορῆας
Πρὸς λέχεα κλίνων.

Impoſuitque mellis, & olei amphoras
Ad feretrum acclinans.

Praeter mel & oleum, lac quoque & vinum fundebant, quod fuſius oſtendit doctiſſimus Henricus Noriſius. (3)

Amphoram vino repletam ab Etruſcis noſtris adhibitam in exequiis defunctorum praeter ea, quae paullo ſuperius obſervavimus, clariſſime oſtendit urna marmorea, quae Peruſiae exſtat apud Nobiles Menicones, relata in opere Dempſteriano Tab. LXXXV. ad finem Tom. II. in qua anaglyptico opere ſculpti ſunt duo ſervi pollinctores, qui in ſolo ſepulcralis cryptae amphoram defigunt; cuius aurem uterque hinc & hinc utraque manu tenet. Neque etiam dubitandum eſt an in eadem amphora defunctorum cineres condere conſueverint; nam frequentior fuit apud eos mos cremandi corpora defunctorum, quam integra humandi.

Idem a Romanis factum fuiſſe nemo eſt qui ignoret. Veneficae ſepulcrum exſtruens Propertius, (4) ita ait:

Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo:
Vrgeat hunc ſuprà vis, caprifice, tua.

Nonnulla de eius uſu obſervavi ad Monumentum, ſive Columbarium Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae, & Caeſarum; & quidem Tabula XVIII. in qua lit. D fictilis amphorae iconiſmum adtuli in eodem erutae, quae item quinque palmorum Romanorum altitudinem aequat, nullis vero characteribus inſignita eſt; quum conſtet in iiſdem non raro notata fuiſſe defunctorum nomina, uti apud Gruterum videre cuique licet. (5)

(1) In Lycophronis Caſſandram Pag. 53. edit. Pauli Stephani. (2) Iliad. Lib. XXIII. (3) In Cenotaphia Piſana Diſſertat. III. Cap. V. Pag. 395. 396. 397. (4) Lib. IV. Eleg. V. v. 73. (5) Pag. DCCCCXXVIII. 7. DCCCCLXIII. 1.

TABVLA XII.

MELEAGRI FATVM ET MORS

Ex marmoreo Sarcophago, qui exſtat in Villa Pinciana Principum Borgheſiorum.

DEfunctorum Manes, & umbras non ſolum vino, oleo, melle, lacte, victimarum ſanguine, unguentis quoque & corollis, violis, roſis, multiſque floribus gaudere putarunt ſuperſtitioſi Ethnici, verum etiam lacrymis, ad reſtandum deſiderium, quas in eorum cineres fundere conſueverunt. Diſerte id docet Statius in Epicedio Pileti Utſi, ut obſervat Gaſpar Gevartius, (1) & luculenter oſtendit Fabrettus ex antiquis epigrammatis, & ſepulcralibus titulis ad modum cyathi excavatis in ipſo marmore, pluribuſque foraminibus tetebratis, per quae cum libamina, tum lacrymae in oſſa, & cineres infundebantur. (2) Lubet Flaviae Nicopolis elegantiſſimum adferre epigramma, non tamen integrum, quod in Collectaneis ſuis Donius exſcripſit, qui ait Romae repertum fuiſſe anno MDXCI. Menſe Maio, quod tempus non notavit Fabrettus: (3)

FLAVIA . NICOPOLIS . NOMEN . DVLCE . TVVM
ET . TVMVLO . SPARGAM . SAEPE . MEAS . LACRIMAS
O . MIHI SI SVPERI VELLENT . PRAESTARE . ROGANTI
VEL . ROSEO . VEL . PVRPVREO . VIOLAEQ. NITORE
VT . AVE . PRAETERIENS . GRESSV . TARDANTE . VIATOR
VIDERIT . HOS . FLORES . TITVLVM . LEGAT . ET . SIBI . DICAT
HOC . FLOS . EST . CORPVS . FLAVIAE . NICOPOLIS
VT TVO . DE . TVMVLO . FLOS . EGO . CERNERE . NOVVM
CRESCERE . VEL . VIRIDI . RAMO . VEL . FLORE . AMARANTI

Lacrymas, & gemitus praetereuntium quo facilius excitarent, ferales fabulas in ſarcophagis, & urnis marmoreis anaglypho opere ſculpſere; quod non ſolum Graecos, ut auctor eſt luculentiſſimus

(1) Silvar. Lib. II. Pag. 274. edit. Cruceii. (2) Inſcriptionum ant. Cap. II. in principio. (3) Ibidem Cap. II. n. 34. pag 69.

mus Pauſanias, verum eriam Erruſcos noſtros, ac Romanos, qui eos imitati ſunt, feciſſe ſaris ſuperque comperrum eſt. Meleagri fatum, ac morrem, qua nil flebilius, exhibet hic marmoreus Sarcophagus, operis elegantia inſignis, a laudatiſſimo viro Hieronymo Odam Equite accurare delineatus, atque a me nunc primum editus.

Fabula etſi ſaris nota, tamen breviter exponenda eſt, ut facile appareat ſculptoris praeſtantiſſimi iudicium, qui eam tam diligenrer expreſſir. Naro Meleagro ex Althaea Theſtii filia, & Oeneo parre, in regia dicitur titio ardens apparuiſſe. Parcae huc advenientes, Meleagro fata cecinerunt, eum tamdiu victurum, quamdiu is tirio eſſet incolumis. Hunc Althaea in arca clauſum ſervavit; quae ut audivir filium ſuum pellem apri in agrum Calydonium immiſſi, eumdemque vaſtantis, Dianae ira, quod eius parer Oeneus annua ſacra ei non feciſſer, Aralantae virgini dono dediſſe, & anrepoſito cognarioni amore, avunculos ſuos occidiſſe, memor Parcarum praecepti, ritionem ex arca prolatum in ignem coniecit. Ita dum frarrum poenas vulr exequi, filium interfecit.

Laeva igitur huiuſce Sarcophagi parte cernitur Meleager diſtricto gladio cum avunculis ſuis pugnans; qui fuere, ut docet Hyginus, (1) Ideus, Plexippus, & Lynceus. Sed ex his duos tantum, commodo ſuo conſulens ſculpror expreſſit; quorum unus ſemianimis iacet, & pellem apri Meleagro eripere conatur. Poſt terga Meleagri & unius ex avunculis eius, cernitur iuvenis toga amictus, e qua manum dexteram exerit; qui, ur arbirror, defunctum refert, cuius corpus in hoc Sarcophago conditum fuit; ut appareat & ipſum ab invidis fatis in flore iuventae, ut Meleagro contigit, ſublatum fuiſſe.

Sequitur idem Meleager in lecto iacens, iam iam moriturus, quem paſſis crinibus circumſtant ſorores forte Gorge, & Deianira: quae vero vel pomum ori eius admovet, fortitan eſt, Alcyone eiuſdem coniux; quam adeo maerore contabuiſſe ferunt, ut in luctu deceſſerit. Impoſita eſt lecti ſuppedaneo, ſive throno Meleagri caſſis pulcherrima, & ornatiſſima; prope iacer haſtile, & parazonium, & clypeus Argolicus Gorgonis capite inſignis. Senex ad Meleagrum accedens baculo innixus, Oeneus eius pater eſſe poreſt. Ad pedes iacenris, ac morientis Meleagri ſedet in ſella maerore confecta Aralanra virgo, quam indicant collecti in nodum crines, more virginum; quae caput cubito ſuffulcir ſuo, uti dolenres maxime facere ſolent. Canis venaticus rorque ornarus inter eiulatus, & lamenrariones, omnium qui adſtanr, & ipſe dolorem ſuum reſtari viderur. Poſt haec viſitur Althaea marer, quae ad aram encarpo ornatam accedens, plena horrore, & dolore agitara titionem in ea exringuir. Parcarum una rorae inſiſtens inſcripta in volumine ſuo fara declarar; alrera vero facem ad ulciſcendam Meleagri marrem intenrar; quodque animadverſione dignum eſt, alatum habet caput. In anaglypho utriuſque capiris Sarcophagi Sphinx mulrimammia cum alis expanſis ſculpra eſt, quaſi cuſtos, & rutela ſepulcri. *In*

(1) Fab. CLXXIV.

In Marmora opere anaglypho ſculpta, & Gemmas antiquas, quæ hunc librum ornant

OBSERVATIONES.

MVSAE

Exhibentur in fronte Epiſtolae Dedicatoriae Pag. IV. *ex Sarcophago marmoreo, qui Florentiae exſtat apud Illuſtriſs. Baronem Cerbonem del Nero Patricium Florentinum.*

MVSAE novem ſorores ſculptae ſunt in hoc opere heſaſtylo Sarcophagi; quarum quatuor ex inſtrumentis, quae iiſdem adtribuuntur, facile indicari poſſunt. Ad dexteram ea quae duplices tibias geſtat *Terpſicore* eſt. Sequitur comicam larvam dextra praeferens *Thalia*, Comoediae inventrix. In aedicula inter medianas columnas, non ſtriatas, ut reliquae ſunt, ſed inſertis coliculis viteis circumplicatas, qui eas pampinis exornant, ſculpta eſt imago defuncti, qui laeva volumen tenet, & ſuper ſcrinium, ſive thecam pluta volumina poſita conſpiciuntur. Ceterarum Muſarum una eidem adſiſtit, fortaſſis *Calliope*, quae etiam pingitur volumen manibus tenens. Ad laevam ſculpta eſt *Melpomene* Tragoediae inventrix, quae larvam ſiniſtra gerit, dextra vero clavam, ſicut in nummo familiae Pomponiae apud Fulvium Vrſinum. Sequitur tandem *Euterpe*, quae citharam praeferr, iam eam plectro pulſare parata. Reliquae igitur Muſae, quas nulla ornant ſymbola, erunt *Euterpe*, cui barbiton tribuunt, *Polyhymnia*, *Erato*, *Vrania*.

Singulae Muſae alatum caput habent, ad indicandam ingenii vim, & celerem mentis agitationem. (1) Euſtathius ad Iliadem (2) notat Muſas victis Sirenibus pinnas evulſiſſe & colligaſſe funiculis, capitibuſque inde ſingulas impoſuiſſe τέφανον πτέρινον. Sed de Muſarum, certamine, & corona nos alibi diſſeremus.

HAL-

(1) Vide Caſſiodorum Epiſt. ult. Lib. IV. (2) Lib. A. Vide Gyraldum Sintagm. de Muſis.

II. HALTERISTARVM ET PANCRATIASTARVM CERTAMINA.

In fronte Praefationis pag. IX.

Exhibet Sarcophagus marmoreus inventus in Coemeterio S. Agnetis, Via Nomentana; nunc in Hortis Nobilium de Carpineis, Via Aurelia.

PVerorum tria certamina inter ſe diverſa, adſtantibus cum palma, ſolis victoribus in praemium danda, Progymnaſtis, ſive Praeceptoribus, exhibentur in hoc Sarcophago elegantiſſimo. Primum eſt *Halteriſtarum*, qui halteribus certant, & quod rarum eſt, & fortaſſe ab aliis adhuc minime obſervatum, halteres teneut utraque manu pelliceis integumentis involuta, quae chirothecae recte dici poſſunt. Ne id adſerens haeſitarem, quum hoc monumentum ab Illuſtri Equite Hieronymo Odam deliueatum communicaſſes, Franciſce Victori Eques Generoſiſſime, iconiſmum ſtatuae nuper inventae extra Portam Flaminiam miſiſti, quae Halteriſtam, ſive Halterobolum repraeſentat, qui halteres ſuos, & chirothecas trunco palmae ſuſpendit; quare perſpicuum eſt athletas halteribus certantes munire conſueviſſe tum manus, tum digitos & aliquantulum brachii hiſce manicis pelliceis, quo facilius, ut arbitror, halteres ſtringere poſſent.

Halteres igitur, a Grecis ἁλτῆρες dicti, maſſulae quaedam erant ex variis materiis confecti, vel gravioribus, vel levioribus, ut cenſet Mercurialis, (1) nimirum vel ex aere, plumbo, lapide, ligno; eiuſque erant magnitudinis, & figurae ut commode manibus comprehendi, ac ſtringi poſſent: adeoque in medio aliquantulum excavati, prominente extra pugni ambitum ſuperiori, & inferiori diſco, qui planus fuit, ut hoc marmoreum anaglyphum oſtendit. Halterum uſum varium, ac multiplicem fuiſſe notat vetuſtorum ſcriptorum auctoritate Mercurialis, & poſt eum Raderus in Martialis Apophoreta, qui halteres ita deſcribit: (2)

Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacertis?
Exercet melius vineas foſſa viros.

Halteribus utebantur, qui halmate, hoc eſt ſaltu, qui pluribus modis fiebat, certabant; nam utraque manu eos tenentes ſe li-

(1) De arte Gymnaſtica Lib. II. Cap. XI. & XII. (2) Lib. XIV. n. XLV.

librabant, ut certius adſilirent, ut obſervat Budaeus, (1) & Mercurialis. Non ſemper tamen ſaltantes halteribus utebantur, ut conſtat auctoritate Galeni, qui ita air: Ἔνιοι μὲν καταθέντες ἀλτῆρας ἐν τῷ πρόσθεν διεσταλας ἀλλήλων ὀργυιαν. εἶτ' ἐν μέσῳ ἱσαντες αὐτῶν ἀναιρῦνται προσὑπλοντες, τῇ μὲν δεξιᾷ χερὶ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. τῇδε ἀριστερᾷ τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς. καὶ ἄνθις ἑκάτερον εἰς τὴν οἰκείαν κατατίθενται χώραν. καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ἐφεξῆς πολλάκις ἀτρεμίζοντες τῷ βάσει. *Quidam ſane deponentes halteres ante ſe in medio intervallo unius paſſus, deinde ſtantes, ſeſeque inflectentes, illos tollunt, dextera quidem manu ſiniſtrum, ſiniſtra vero dextrum; & rurſum alternatim in ſuum locum reponunt, hocque ſaepius deinceps faciunt, in eodem ſemper veſtigio perſiſtentes.* Interdum eriam halteres iaculabanr emittebantque variis modis, atque arte multa; eratque hoc exercitationis genus ſimile diſco, ur declarat Anthyllus apud Oribaſium, cuius verba adfert Mercurialis. Interdum proiiciebant manibus extenſis, & viciſſim inflexis, vel ſublatis brachiis, protenſiſque diu eos continebant, vel etiam rotabanr ut laſſitudini non cederent: cui ſi quis athletarum ceſſiſſer victrici palma non donabatur, ſed ſibilis deridebatur; quod quidem exercitii genus expreſſum puto in hoc marmoreo anaglypho pulcherrimo, & rariſſimo: nam puer victor in altum ſublatis brachiis renet halteres, oſtentatque, & adverſarium in terram lapſum conculcat.

Sequuntur pancratiaſtarum, ac pugilum Puerorum certamina, quae luculentiſſime ab Hieronymo Mercuriali illuſtrantur.

III. BACCHAE ORGIA CELEBRANTES.

In fronte Obſervationum ad hace Monumenta pag. XXXV.

Ex antiquo marmore utraque parte opere anaglyptico exſculpto, Romae In Muſeo Victorio.

MOnebas me, ut ſoles, per epiſtolam, Franciſce Victori Eques Ornatiſſime, multo artificio, multaque elegantia utrimque ſculptum eſſe hunc marmoreum diſcum, quo tuum Muſeum ornatur; in quo Bacchae ſculptae ſunt ſacra Orgia Liberi Patris celebranres non ſolum tympani pulſatione, & cymbalorum tinnitu, verum etiam ſaltatione. In dextro orbiculo Thias nudo genu, paſſis crinibus, caput quatiens, aur in caelum converſum tenens, ur fanaticis, & Liberi Patris furore percitis ſolemne eſt, bacchatur, perinde ac deſcribitur a Virgilio: (2)

Qualis

(1) In Pandectas ex L. Athletas pag. mihi 349. (2) Aeneid. Lib. IV. v. 301.

——————— Qualis commotis excita ſacris
Thias, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithaeron.

Laeva manu tenet tympanum, quod a Coribantibus in honorem Bacchi inventum fuiſſe indicat Euripides, (1) undique vallatum aereis crepitaculis, in globulorum ſpeciem conſtructis, quod dexterae manus ſummis digitis (2) iam iam pulſare parata eſt. Dextra, quo vehementiorem pulſationem tympani ederet, tota extendebatur, aptoque motu vibrabatur, ut innuit Catullus: (3)

Plangebant alii proceris tympana palmis,
Aut teretri tenues tinnitus aere ciebant.

Tigris, ſeu panthera animal Libero Patri familiariſſimum, Bacchain velociſſimo curſu anteit, & ipſa quodammodo furere videtur. Pinus arbor tamquam res ſacra, & maxime auguſta, vittis in medio revincta eſt; quae non ſolum Cereri, Magnae Deum Matri, & Cybeli ſacra fuit, verum etiam Baccho, uti ex Athenaeo, (4) atque ex hoc aliiſque antiquis monumentis colligi poteſt; ea nempe de cauſa, quod eorum myſteria inter ſe cohaerentia, & promiſcua eſſent. In ſacris Cybeles, & Bacchi cum tympana, tum cymbala, & tibias adhibitas fuiſſe nemo eſt qui ignoret. Simulacrum Attidis in medio pinus exciſae religabatur, & ſolemniter in ſacris Phrygiis Matris Deûm in eius templum inferebatur, ut ex Firmico Materno obſervat Matthaeus Aegyptius Vir Praeſtantiſſimus. (5)

In altera parte marmorei huiuſce diſci cernitur Baccha Cymbaliſtria ſaltans, eodemque tempore cymbala utraque manu concutiens. Capilli eius non fluxi, ſed more virginum in nodum religati ſupra verticem. Reliqua ex induſtria, & ingenio pictoris aptiſſime tamen ex antiquis monumentis addita ſunt.

1. THESEVS CENTAVRVM PROSTERNENS.

Ex Gemma antiqua Muſei Victorii Romae

In fronte huius Voluminis cernitur.

AEtumnoſiſſimi huiuſce operis inſigne eſſe volui, tuo fretus conſilio, Victori Clariſſime, Theſeum, poſt Herculem, cuius imitator fuit, Heroum omnium fortiſſimum, ac glorioſiſſimum; qui

 im-

(1) In Bacch. v. 125. (2) Vide Catulli Galliamb Carm. LXXII. v. 10. (3) Carm. LXIII. v. 261. (4) Lib. v. Cap. VII. pag. 200. (5) In Explicat. S. C. de Bacchanalibus pag. 81.

immanem efferatumque Centaurum proſternere, ſibique ſubiicere conatur; ut indicarem labore otium vinci, & virtutem, famamque ſtudio, & vigiliis parari. Huic tam praeclaro emblemati titulum feci ΤΩΝ ΠΟΝΩΝ ΠΑΝΤΑ, hoc eſt *Laboribus omnia*; deſumptum ex eo pulcherrimo verſu, ac ſententia Epicarmi apud Stobaeum:

Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθ' οἱ θεοί.
Dii bona cuncta nobis vendunt pretio laborum.

Theſeus in ipſo aetatis flore, humi poſitis abiectiſque armis, clava, clypeo, galea, ſolo virium ſuarum fretus auxilio, Centaurum multa aetate provectum, ſtrenue licet reluctantem, debellare, ac proſternere nititur; quod quanto cum ingenio, & diligentia a praeſtantiſſimo huius Gemmae artifice factum fuerit nemo eſt qui non videat. Ferunt Mythologi non modo Herculem, verum etiam Theſeum magna animi virtute Centauros debellaſſe, atque occidiſſe. Pauſanias memoriae prodidit Herculem ſagittis, (1) Theſeum ſecuri eos confeciſſe. (2) Centaurus, quod animadvertendum eſt, ad exemplum eius Centauri, quem idem Pauſanias deſcribit, (3) ſculptus eſt cum anteriore parte corporis homini omnino ſimili, cum anterioribus pedibus humanis, poſterioribus vero equinis.

Sphinges aegyptiae, quae ornant hoc emblema non ex ingenio pictae ſunt, ſed ad exemplum earum, quae exſtant in Villa Barberina in Caſtello Gandolpho, quae olim in deliciis fuit Imperatoris Domitiani. A dextris cernitur Sphinx mas cum vultu ſenis barbati; a ſiniſtris Sphinx femina, cum vultu virginis, ambo velato capite, Aegyptiorum Deorum more, & ſine alis ſculptae ſunt e marmore, quae fontis craterem ibidem hodie fulciunt. Graeci Sphinges alatas finxere; quibus etiam tamquam Diis, calathum in vertice capitis tribuere, ut videre eſt in nummo Gabalenſium, quem profert Henricus Noriſius, (4) & pileum Phrygium, ut in nummo Aradiorum apud eumdem; diligentius tamen videndum eſt an ſint ornatae galea, quod in tutela ſint Minervae; cuius galeam eaedem exornant, ut oſtendit gemma inſignis apud Virum Cl. Philippum de Stoſch, in qua ſculpta Minerva *Salutifera* Aſpaſii opus. (5) Romani, quod Sphingibus tutelam ſacrorum, templorumque Aegyptii dediſſent, in ſepulcris inſculpere conſuevere, ut cernere eſt in ſepulcro quod exhibuimus Tabula XII.

(1) In Eliacis Prior. Cap. XIX. (2) Ibidem Cap. X. (3) Ibidem Cap. XIX. (4) Vide Salmaſii Plinian. Exercit. Cap. XXVII. pag. 267. (5) Tab. XIII. pag. 16.

II. DISCOBOLVS VICTOR SE DISTRINGENS

Inſculptus Lapidi Cyaneo , ex Dactyliotheca Hieronymi Odam Equitis.

Ea ornatur maior littera initio Epiſtolae dedicatoriae Pag. v.

DISCOBOLOS nudos , & capite aperto cum in gymnicis exercitationibus , tum in agonibus diſcum iaculaſſe perſpicue oſtendit haec Gemma elegantiſſima , aliaeque plures , quas in Muſei Florentini opere illuſtravi. Doctiſſimus Petrus Faber vel veſtitos , vel ſeminudos potius quam γυμνοὺς decertaſſe credit. Cenſet etiam eos nec inungi , aut pulvere aſpergi ſolitos , quum haec nulli bono , ut ait , inſervire poſſent. Hic Diſcobolus poſt certamen madidis ſudore capillis egregio artificio ſculptus eſt ſe diſtringens cum ſtrigili. Neque vero auſim dicere ante certamen in alipterio ſe ſe unxiſſe ; potuit enim detergere ſtrigili ſudorem ſiccum , cuius in libro ſecundo mentionem facit Avicennas , ut Mercurialis obſervat ; quem putat fuiſſe illum cui neque oleum , neque pulvis inerat. Lithographus ut artis ſuae opificium oſtenderet Diſcobolum hunc effinxit promiſſis capillis , e quibus ſudor effluere videtur , ut indicaret praeteriti eius laboris magnitudinem ; nec ſine ſudore virtutem , gloriam , & honoris praemia comparari poſſe : ceterum tum Diſcobolorum , tum Athletarum omnium breves erant capilli , ut veteres omnes ſculpturae teſtantur. Humi hinc iacet diſcus , hinc palma ſolo infixa eſt , quam pro meta , ſcopo , ſeu termino , ad quem qui propius accedebat victor declarabatur , & coronabatur , potiram fuiſſe autumo. Sagitta humi tamquam σημεῖον , & fortaſſe τέρμα (ut ſenſit Euſtathius dictum ab Homero) infigi ſolebat , idque coniicit Petrus Faber (1) ex hoc loco Papinii Statii , (2) qui ita ſcripſit de diſco Meneſthei :

Illa manu magna & multum felicior exit .
Nec partem exiguam Circi tranſvecta quievit .
Fit ſonus , & fixa ſignatur terra ſagitta.

(1) Agoniſt. Lib. Cap. 1. Pag. 211. (2) Lib. VI. Thebaid.

nI. LVPA ROMVLI ET REMI ALTRIX

Ex antiqua Gemma Muſei Victorii Romae.

In principio Praefationis Pag. IX. littera maior ornatur.

VRbis aeternae originem deſignat Lupa ſub ruminali ficu lactans Romulum, & Remum, qui eam condidere. Eadem altrix lupa inſigne fuit non modo ducum, & militum, quo clypeos exornarunt, verum etiam Coloniarum, & Romanarum Familiarum, quam etiam in annulis inſculptam geſtare conſuevere. Cum eodem emblemate complures alias Gemmas tuae Dactyliothecae mihi oſtendiſti, Victori Clariſſime, in quibus etiam interdum tres Paſtores ſculpti, qui Lupam lactantem pueros cuſtodiunt.

mI. IVPPITER AEGYPTIVS

Inſculptus Magneti ex Muſeo Victorio Romae.

Maior littera Pag. XXXV. in principio Obſervationum in antiqua Monumenta eo ornatur.

PErraram, atque in tam magna antiquitatum ſupellectile ad hanc uſque diem numquam ſpectatam IOVIS AEGYPTII imaginem Magneti inciſam mihi communicare voluiſti, Franciſce Victori amicorum ſuaviſſime, quam hoc in loco eruditis viris exhiberem. Cernitur Iuppiter brevi indutus tunicula, nudis pedibus ſtans, pro humano capite gerens arietinum, dextera loti florem, ſiniſtra cymbium, ſeu ſitulam praeferens, qua Aegyptiorum numina ornari ſolent, ut obſervat doctiſſimus Gisbertus Cuperus. Cauſam cur Aegyptii Iovis ſimulacrum ita effinxerint exponit Herodotus, (1) cuius verba, quae hanc eximiam Gemmam mirifice illuſtrant, latine reddita adferam brevitati conſulens. *Iupiter quum nollet ab Hercule cerni, ab eo tandem exoratus, id commentus eſt, ut amputato arietis capite, pelleque villoſa, quam illi detraxerat, induta, ſeſe ita Herculi oſtenderet; atque inde factum, ut Aegyptii Iovis ſimulacrum arietina facie confingerent, & ab Aegyptiis Ammonios aiunt accepiſſe.* Apud Phigalenſes Pauſanias (2) deſcribit ſimulacrum Cereris Μελαίνης, cui pro humano capite inerat equinum.

ABA-

(1) Lib. II. 42. (2) In Arcadicis Cap. XLII.

ABACI CONVIVALES APOPHORETIS INSTRVCTI

Ex Sarda Muſei Victorii Romae ;

Quae exhibetur in Tabula IX. *n.* II.

SVperſunt ſeptem Gemmae tum elegantia, tum eruditione, quam continet, valde commendabiles, quae breviter illuſtrandae ſunt. Hae exhibentur in Tabula IX. Principem locum tenet numero II. Sarda pulcherrima, & ſingularis, ex tua Dactyliotheca deprompta, Franciſce Victori Eques Nobiliſſime, in qua ſculpti ſunt minimo fere in loco a diligentiſſimo artifice ABACI in ornamentum conviviorum APOPHORETIS INSTRVCTI. Ingenue fateor me putaſſe, idque ad Te ſcripſiſſe, ut primum eam peraccurate delineatam ab amico noſtro optimo Hieronymo Odam Equite tuo munere, multa cum animi voluptate contemplatus ſum, referre menſas balneares olearis varii generis vaſculis inſtructas; nam ſtrigiles, gutti & candelabrum cum lucerna ardente in tam eleganti apparatu non ultimum locum tenent; quae inſtrumenta in balneis in uſu fuiſſe nemo eſt qui ignoret. Verum quum vidiſſem apud inſignem virum Marcum Velſerum inter Monumenta Agri Auguſtani adlatum perelegans anaglyphum e marmore, (1) in quo ad ornatum triclinii, & delicias lauti hominis in lecto iacentis, & menſae tripodi accumbentis, hinc poſitum urnarium vas, hinc menſam, ſive abacum poculis inſtructum, mutata ſententia arbitratus ſum in hac Gemma abacum, & monopodium expreſſum eſſe eo ſplendore, & apparatu apophoretis exornatum, quemadmodum ad augendum luxum, & decus menſarum in magnis conviviis exponi ſolebat. Inter apophoreta a Martiale enumerantur ſtrigiles, candelabrum Corinthium, & ligneum, pocula, calices, vaſa Arretina, urceoli, parellae, praeter alia plura, quae praetermitto. Horum vero non pauca inſculpta ſunt in hac Gemma. In menſa ſive abaco inferiori quatuor vaſa ſunt utrimque anſata, forte Arretina; nam alia plura his ſimilia oſtendit antiqua Etruſcorum ſupellex. Huic menſae, quod minus capax eſſet, duo, ut ita dicam, πάτεργα, ſive alae in utroque capite additae ſunt; in dextera poſitum eſt candelabrum cum lucerna monolychni ardente, quod ſcandit, ut ait Antiphilus in veteri Epigrammate in Anthologia, (2)

Παμφάγος ἑρπυστὴς καλὰ δώματα λυχνόβοσκος μῦς.
Cuncta vorans, reptilis per domos lychni arroſor mus.

 Quam

(1) Vide Pag. 253. Edit. Venet. MDXCIV. (2) Lib. I. Cap. XXIII. n. 16.

Quamvis vero ex ingenio artificis addi potuerit mus candelabrum ſcandens, tamen potuit commodiori geſtationi, & circumductioni candelabri de loco in alium, & ad Lares inſervire, velut manubrium; ac proinde cum hoc ornamento candelabra interdum confecta fuiſſe hinc conjicere poſſumus. Hermaeum ſignum viri ſenis barbati inferiori menſae impoſitum, ſuperiorem menſam, abacum, ſeu monopodium fulcit; in quo locati ſunt urcei tres, & duo ſcyphi, ſive carchefia. Ex monopodio pendent hinc & hinc religati gutti balneares; dextera vero parte pendet vas forte adminiſtratorium caldae, cui adhaeret ſub ventre eius aereo tripus, ad calefaciendum potum igne; laeva vero capeduncula: tandem in extremo capite dependet aereus catinus, ſeu patella Cumana, quae ſtrigiles, & ſpatulam ſuſtinet.

Haec, aliaque dona, quorum elegantiſſima lemmata deſcripſit Martialis, convivis dari ſolebant, praeſertim vero in Saturnalibus, atque apophoreta vocabantur, a Graeco, quo Latini earent, vocabulo ἀποφόρητα, quae convivae domum ferebant; quod etiam clarius, & diſertius docet D. Ambroſius in Exhortatione ad Virgines; quem ſermonem idem Sanctus Doctor Florentiae habuit, ut oſtendit Vir eximius Vincentius Borghinius; ex quo diſcimus Sanctorum Martyrum pretioſa lipſana *apophoreta* dicta fuiſſe quum donarentur. Nec dubito hanc ipſam quoque Gemmam inter apophoreta recenſendam eſſe, forſitan Saturnaliorum tempore dono miſſam; vel alicui convivae, vel auctori convivii, & largitori apophoretum dono datam.

In menſarum ſplendore, & apparatu, quantus fuerit antiquorum hominum lautiſſimorum luxus nemo in antiquitatis ſtudio paullo verſatus eſt qui ignoret. Abacos, & menſas citreas, acernas, delphicas praetermitto. Monopodia, & abacos inter inſtrumenta magnificae ſupellectilis enumerat Livius. (1) Menſam poculorum ita a Servio dictam, Varro *cylibantum* adpellat, Graeca origine ἀπὸ τοῦ κύλικος, ceteroquin vulgus abacum. Iuvenalis: (2)

> ——————————— *urceoli ſex*
> *Ornamentum abaci, nec non & parvulus infra*
> *Cantharus, & recubans ſub eodem marmore Chiron.*

Hermaeum ſignum abacum ſuſtinens, ſeu monopodium, an Chironem, ſeu Herculem referat, alii expendent. Hermis adnotare libet ornari conſueviſſe templa Deorum; quod colligo ex veteri inſcriptione apud Fabrettum, (3) in qua frons templi Vervis, & Hermis marmoreis ornata dicitur a M. Iunio Sabino. Iiſdem ſignis ornatae menſae tricliniorum, quod ſacrae haberentur.

VN-

(1) Lib. xxxix. (2) Satyr. III. (3) Cap. VI. n. 160.

VNCTOR

In eadem Tabula IX. *n.* III.

Ex antiqua Gemma.

ANtiqui VNCTORIS, ſive ALIPTAE imaginem exhibeo ex antiqua Gemmae ſculptura, quam vidit, & cum aliis pluribus ſcriptorio calamo egregie, & peraccurate delineavit in Volumine ſuo harum elegantiarum refertiſſimo omni aevo celebrandus Senator Philippus Bonarrotius. Iuxta marmoream columellam, quae in balneis ſervandis linteis, vel veſtibus lavantium inſerviebat, idem Vnctor ſculptus eſt, dextra manu duos ſtrigiles gerens, ſiniſtra ſacculum arenae e ſiniſtro humero pendentem. *Apbe*, ut obſervat doctiſſimus Budaeus, (1) pulvis dicitur, Latinis *argula*, quo athletae poſt unctionem inſpergebantur, ut corpora ceromate, & ſudore lubrica, mutuas luctantium prehenſiones admitterent. De hac athletici pulveris conſperſione fuſius Petrus Faber, quem vide. (2) Perrara eſt haec Gemma, neque ab aliis antiquae eruditionis illuſtratoribus, quod ipſe ſciam, antea in lucem edita.

FEMINA IN BALNEO SEDENS

In eadem Tabula IX. *n.* IV.

Inſculpta Sardonychi ex Muſeo Victorio Romae.

FVere tum apud Graecos, tum apud Romanos balnea non ſolum virilia, ſed etiam muliebria, in quibus ſeorſim viri, ſeorſim mulieres lavabantur. Horum balneorum frequens mentio in antiquis lapidibus, quos vel enumerare, vel adferre haudquaquam neceſſe eſt. Sueceſſu vero temporis receptus apud Graecos, & Romanos foediſſimus mos promiſcue lavandi, de quo conqueritur Plutarchus in Catone, ut obſervat eruditiſſimus Octavius Ferrarius in Diſſertatione de Balneis. Iuvenalis Satyra VI. matronas deſcribit, noctu balnea petentes, quae etiam ab aliptis viris ungi volebant. In eleganti pictura ſepulcralis Cellae, quam nuper edidit V. C. Fran-

(1) In adnotationibus in Pandectas ex L. Athletas (2) In Agoniſtico Lib. III. Cap. XXIII.

Franciſcus Ficoronus, (1) femina ſedens in balneari ſella a femina ſerva diſtringitur cum ſtrigili; quod miniſterium dum praeſtat in balneum ingreſſus ſervus unctor cum gutto, ab alia ſerva balneari, ſive ornatrice repellitur, atque eiicitur. Mulieres in balneis praecipue pſilothro, unguento depilatorio curabantur. Lampridius in Heliogabalo: *In balneis ſemper cum mulieribus fuit; ita ut eas ipſe pſilothro curaret. Ipſe quoque barbam pſilothro accuraus; quodque pudendum dictu eſt, eodem quo mulieres accurabantur, & eadem hora.* Apud Lucianum in Lexiphane locus eſt haudquaquam ſilentio praetereundus, in quo praeter ſtrigilem, diſſerre meminit veſtis pelliceae, linteorum, & pſilothri, ſive ſaponis, quem a viris adhibitum fuiſſe liquet; quae a puero adferri iubet Lexiphanes: Σὺ γὰρ, ὦ παῖ, ϛλεγγίδα μοι, καὶ βύρσαν, καὶ φυσώνια, καὶ ῥύμματα, ναυϛολῶν ἐν τὸ βαλανεῖον, καὶ τὰτίλυτρον κομίζειν. (2)

Femina, quae in hac Gemma ſculpta eſt, ſedet in ſella pereleganti balnearia, ab aliquibus vaporaria dicta, quae, ut arbitror, in medio excavata erat, quo facilius aqua ſedenti offuſa perfugium haberet unde efflueret; ſive ut illic adſcendens vapor haurientem foveret ſeſſorem. De his balnearibus ſellis pererudite diſſerit Valerius Chimentellius in marmor Piſanum de honore Biſellii. (3) Siniſtra manu oſtentat olearium ampullam.

BALNEATORES

In eadem Tabula IX. *n.* V. *&* VI.

Praſinae inſculpti, ex Daſtyliotheca Equitis Hieronymi Odam.

VNgebantur veteres in balneis, in palaeſtris, atque in conviviis. Divites ad balnea euntes, atque domum redeuntes ſervos habuere mediaſtinos, qui ſtrigiles, guttum, & veſtem balnearem ferebant, e quarum numero laenam quoque fuiſſe putat Octavius Ferrarius de Re Veſtiaria. (4) Habuere praeter hos etiam Aliptas, ſive Vnctores, qui eos in balneis ungebant, & huic muneri deſtinati erant, ut obſervat vir longe doctiſſimus tuus Petrus Victorius, Variarum Lectionum Libro XXXVII. Cap. I. Imperatores Auguſti in plures claſſes ſervorum a balneis miniſteria diſtribuere; inter quos Magiſtri a balneis, & Decuriones Vnctorum eminebant. Deliciarum cauſa habuere etiam, ut docent antiquae Gemmarum ſculpturae non paucae, canes praeſertim Melitaeos ad id condocefactos, qui vi-

ce

(1) In Opuſculo, quod inſcribitur *La Bella d' oro de' Fanciulli Nobili, ec.* (2) Tom. II. Pag. 531. (3) Cap. XXV. Pag. 128. (4) Lib. II. Cap. XIII.

ce ſervorum eos comitabantur, & guttum, & ſtrigiles ore deferebant; quod ex antiqua Gemma obſervavi in Volumine Secundo Muſei Florentini. (1) Proletarii homines ſecum guttum, & ſtrigeculam ferebant, quod factum fuiſſe ab Hippia memorat Apuleius il. Floridorum: *Magno in coetu praedicavit fabricatum ſemet ſibi ampullam quoque olearium, quam geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate, iuxtaque boneſtam ſtrigileculam tecta faſtigiatione clauſulae, flexa tubulatione ligulae, ut & ipſa in manu capulo moraretur & ſudor ex ea rimula luberetur.* Ampullae fictilis ad inſtar lenticulae, & antiqui ſtrigilis iconiſmos adfert, & illuſtrat Laurentius Pignorius de Servis. (2) Gemma adlata n. vi. in eadem Tabula ix. iuxta iuvenem in balneo ſtantem exhibet Herculis Hermaeum ſimulacrum; in quo, ut diximus, veſtes deponebant, qui loturi in balnea deſcendebant. Herculi balnea ſacra fuiſſe alibi obſervavimus. (2) Igitur in his Gemmis Balneares Miniſtri exhibentur. In Gemma iv. Serva femina mihi videtur, nam opertum habet caput, inſtar feminarum.

DISCOBOLVS

In eadem Tabula IX. *n.* VII.

Onychi inſcalptus ex Dactyliotheca Victoria Romae.

PVlcherrima eſt, & elegantiſſima haec Gemma, in qua DISCOBOLVS depoſito diſco ſuper tripode menſa, iuxta quam Herculis quadrangulum ſimulacrum cernitur, amiculum, ſeu linteum humeris aptat, quo ſudorem, ut arbitror, ex praeterito certamine conceptum detergat. Hunc Diſcobolum in agone haud vicille argumento eſt palma, & corona, quae deſideratur; quae quidem praemia expreſſa ſunt in numiſmate Imperatoris Neronis apud Erizum pag. 213. & diſcus ad pedes menſae iacet; de quo ne verbum quidem Erizus, qui tamen reliqua omnia obſervat, & illuſtrat.

CEROMATISTAE, ut docet antiquitatis conſultiſſimus Gulielmus Budaeus, ita appellati fuere, qui luctaturos athletas ceromate ideſt oleo cerato perfundebant; (3) ſive, uti ex Plinio obſervat Mercurialis, ex oleo, pulvere, & cera conmixto. De genere pulveris plura ad Vitruvium Philander, praeſertim vero conſulendus Petrus Faber. (4) Ceromatiſten, referre puto praſinum adlatum in

ca-

(1) Tabula xx. Gemma v. Vol. ii. Muſei Flor. pag. 52. (2) Pagina mihi 40. (2) In Volumine ii. Muſei Flor. Pag. 39 & 40. (3) In Pandectas ex L. Athletas pag. mihi 348. (4) Agoniſtic. Lib. ii. Cap. ii. & v.

eadem Tabula IX. n. VIII. ex Dactyliotheca Sereniſſimi Principis de Waldeck, rerum antiquarum amantiſſimi; quamvis non negem etiam fortaſſis Athletae imaginem.

Haec ſunt, Franciſce Victori antiquitatis eruditione Excultiſſime, quae aliarum lucubrationum hoc ipſo tempore curis diſtentus adnotare potui in haec inſignia Monumenta addita Donianis Inſcriptionibus. Multa ſcio ſupereſſe, quae luculentius illuſtrari deſiderant; quod faciam aliquando maiori fruens otio. Si quid vero in his peccaverim Tu ipſe doctique viri veniam dabunt; nam, ut ait Propertius, *in magnis & voluiſſe ſat eſt*. Illud interim Martialis uſurpare mihi liceat ex Epigr. I. Lib. IX.

Maiores maiora ſonent, mihi parva locuto
Sufficit in veſtras ſaepe redire manus.

Si qua vero in re de litterarum Republica mereor hiſce meis laboribus, id totum tribuo ſummis viris Antonio Mariae Salvinio, Petro Andreae Andreinio, Senatori Philippo Bonarrotio, Tibique Victori Clariſſime, qui me ad haec ſtudia non ſolum excitas frequentiſſime, verum etiam ſcribendi lucubrandique materiam ſuppeditas, auges etiam non raro qua tua eruditione, qua obſervationibus, quas depromis ex frequenti librorum lectione; quod maxime perſpicuum eſſe poteſt cum his, in quorum manus hoc Volumen veniet, cui lucem perraris antiquitatis monumentis opportune addidiſti; tum iis etiam qui probe norunt a Te adornatam eſſe editionem noſtram *Monumenti, ſive Columbarii Libertorum Liviae Auguſtae, & Caeſarum in Via Appia reperti*; ac deinceps *Auctario* quam primum evulgando exornandam earum omnium priſci aevi reliquiarum, quae nuper iuxta idem Monumentum, ſive Columbarium erutae, atque inventae ſunt, impenſis Eminentiſſimi Principis, S. R. E. Cardinalis Ampliſſimi MELCHIORIS POLIGNAC; cuius omnigenam ſummae ſcientiae, & eruditionis copiam, & antiquitatis ſtudium flagrantiſſimum admirari potius, quam iuſta laude commendare poſſum; idque ſolum praedicabo bono litterarum Reipublicae, & Patriae ſplendori augendo eum feliciter natum eſſe. Igitur, Franciſce Victori Eques Generoſiſſime, antiqua monumenta, quae in dies Romae eruuntur, proferamus, & ut ait Plinius Caecilius, *poſteris in commune bonum, & utilitatem relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur*.

VI.

VIRORVM NOBILISSIMORVM NOMINA

Quibus Tabulae in aere inciſae dedicatae ſunt, & loca in queis inſerendae.

TABVLA A. ante Tab. I.

Illuſtriſs. D. Ioanni Baptiſtae Bartholinio Salimbenio, Patricio Florentino dedicata Pag. 3.

TABVLA I. Pag. 3.

Illuſtriſs. D. Franciſco Colman Magnae Britanniae Regis apud Magnum Ducem Etruriae Reſidenti, & Miniſtro Plenipotentiario dedicata.

TABVLA II. Pag. 3.

Illuſtriſs. D. Marchioni Bernardino Riccardio, Patricio Florentino dedicata.

TABVLA III. Pag. 3.

Illuſtriſs. D. Thomae Dereham de Dereham Magnae Britanniae Baronetto, Regiae Societatis Socio dedicata.

TABVLA IV. Pag. 21.

Illuſtriſs. D. Abbati, & Marchioni Gabrieli Riccardio, Patricio Florentino dedicata.

TABVLA V. Pag. 29.

Illuſtriſs. D. Antonio Serriſtori Equiti Ordinis S. Stephani, Patricio Florentino dedicata.

TA-

TABVLA VI. Pag. 37.

Illuſtriſs. D. Marchioni, & Equiti Vincentio Riccardio, Patricio Florentino dedicata.

TABVLA VII. Pag. 43.

Illuſtriſs. D. Gregorio Redio, Baiulivo Eq. Ordinis S. Stephani, Patricio Arretino dedicata.

TABVLA VIII. Pag. 135.

Illuſtriſs. D. Iacobo Philippo D' Orville in Amſtelaedamenſi Athenaeo Hiſtoriarum, Eloquentiae, & Linguarum Profeſſori dedicata.

TABVLA IX. Pag. 143.

Illuſtriſs. Domino Octavio Ricciardio, Patricio Florentino dedicata.

TABVLA X. Pag. 225.

Illuſtriſs. D. Ioanni Hieronymo Pactio, Patricio Florentino dedicata.

TABVLA XI. Pag. 289.

Illuſtriſs. D. Ioanni Baptiſtae Donio, Franciſci Filio, Ioannis Baptiſtae Donii huius Syntagmatis antiquarum Inſcriptionum auctoris, Nepoti, Patricio Florentino.

TABVLA XII. Pag. 377.

Illuſtriſs. D. Iſaco Sweers Iſaci F. Iuriſconſulto Batavo dedicata.

INSCRI-

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM

CLASSIS PRIMA

DIIS DEDICATORUM

ET SACRIFICIORVM.

Romae, in Eccleſia S. Salvatoris in Quirinali.

1



Ex MS. Fr. Joh. Jucundi Veronenſis.

1. IOVI FVLGERATORI. Idem cognomen Jovis Fulgeratoris legitur in ara Romana in Gruteriano Theſauro XXI. 4. in aliis XXI. 5. & MIX. 6. FVLGVRATOR. A Graecis Poetis Jupiter appellatur ἀστεροπαῖος, ἀστεροπήλης, ἀστεροπήλα, quos in Timone irridet Lucianus, plura congerens cognomina. In Florentino marmore in Par. I pag. 52. n. CVII. & in aliis penes Gruterum CXXXII. 8. 9. fulgur *divum* vocatur; quin & loca ida fulgure, ſeu fulmine religioſa erant, & ex Haruſpicum ſententia conſecrabantur, ut teſtatur Gruteriana ara XXI. 4 Haruſpicum fulguratorum meminit Cicero de Div. c. 53. qui ab Etruſcis originem habuere; idque confirmat monumentum Latina, & Etruſca Inſcriptione inſigne, quod Piſauri exſtat, vulgatum a Fabretto pag. 696. n. 171. Per quam vitioſe deſcripta eſt haec ara in Gruteriano Theſauro pag. XXI. 3.

Albae Juliae.



Ex Schedis Biblioth. Vat.

In Aede Franciſcanorum Conventarum Vallis Capriariae.

3
I · O · M
L . POMPEIVS
MASCVLINVS
V . S L . M

Ex Notitia Vaſconiae.

In Vinea Caroli Cremonae in Exquiliis.

4
NVMINI DEOR. AVG. SA
CRVM · IOVI . OPTIMO
MAXIMO . SALVTARI . E
DEM . VOTO . SVSCEPTO

ſic

Ex Schedis Nicolai Alemanni.

5
Hic Aquila Jovis ſtans ſuper fulmina
BRVTIVS HONORA
TVS. CVLTOR. EX. VOTO
D . D

Vidit Donius.

In Aede D. Pauli extra Urbem Ferrariam.

6
I . O . M
P · OLIVS · TERTVLLIANVS · OMNIBVS
HONOR · FVNCT · T · P · I · P · XXIII
S · F · VII · TERTVLLIANVS · ET · TERTVLLVS
FILII · P · C ·

Donio dedit Ferdinandus Ughellius Monachus Ciſtercienſis.

2. Ideſt: *Jovi Optimo Maximo Statori C. Valerius Valerianus ex viſu poſuit. Stator* appellatur Jupiter, *quod ſtant beneficio ejus omnia*, ut ſcribit Seneca in quarto de Beneficiis. Adeundus Reineſius in Cl. I. n. XIX. & Lilius Gregorius Gyraldus Hiſt. Deor. Syntag II.

6. OLIA Familia nota ex pluribus inſcriptionibus Ferrarienſibus, & ex Ravennate DCXCVIII. 9. in qua hic P. Olius Tertullianus ſepulcrum Oliae Tertullae filiae ſuae, & ſibi poſuit.

Hi-

Tab. A. praeposita Tab. I. ceterisque

Ill. D. Ioanni Baptistae Bartholinio
Salimbenio Patric. Flor. dedic.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Ara marmorea Albani, in Villa Paoluccia.

Illustriss.° D. Francisco Colman Magnae Britanniae Regi apud Mag. Etruriae Ducem Residenti dedic.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

Tab. II.

Illustriſs. D. Marchioni Bernardino Riccardio Patric. Flor. dedic.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III

Illustriss.° D. Thomae Dereham de Dereham
Mag. Britanniae Baronetto, Regiae
Societatis Socio dedic.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Hiſpali.

7



Ex Collect. Inſcr. Hiſpaniar. Jo. Baptiſtae Valentiolae Velaſii.

Aſturicae.

8



Ex Adverſariis Achillis Statii Bibliothecae PP. Oratorii.

Albae Juliae in Tranſilvania.

9



Ex Inſcr. Benedicti Ramberti.

Romae, inciſum in fragmento ſtatuae.

10



Ex Schedis Martii Mileſii.

7. DOMINIS NYMPHABVS. Δεσποίναις; quo vocabulo ſaepiſſime Dii, ac Deae ornantur. Vide Pauſaniam in Eliac. Cap. XV.

9. LEG. XII. G. M. IMPER. Fortaſſis; LEG. XII. G. MINER. i. *Legionis Geminae Minervae*, ut ii. aliis in Gruteri Theſauro.

TRI. PRI. IDIB. DECEMB. *Tribunus Pridie Idibus Decembris.*

PONTIANO. ET. ATELANO. COS. Emendandum ATILIANO. Pontianus, & Atilianus Conſules fuere Anno U. C. 888. Chr. 135. Vide Cl. Noris in Epiſt. Cons. pag. 83. Fabrettum Inſcr. Antiq. pag. 509.

10. NVMINI. PRAESENTI. ἐπιφάνῳ, ideſt *propitio.* Catullus;

Praeſentes namque ante domos invisere caſtas
Caelicolae nondum ſpreta pietate ſolebant.

Horatius Carm. Lib. III Ode 5. ad Auguſtum;

——— *praeſens Divus habebitur*
Auguſtus ———

De Deorum Epiphaniis luculenter V. Cl. Philippus Senator Bonarrotius in Explicationibus, & Conjecturis in Monumenta Etruſca Operi Dempſteriano addita §. XXII p. 30.

Albae Juliae in Tranſilvania.

11
I · O · M · DIS · ET · DEABVS
AELIVS . VALENS . ET . LVCIVS . QVADRATIAN
CENTVR . IVL . FORT . PRI . PRI . ET
C . MARCELLIN . TRI . MIL . OB . XIII
LEG . SERVATAM . IDIBVS . MART . P

Ex Inſcriptionibus Benedicti Ramberti.

Tiburi.



Ex Adverſariis Achillis Statii.

Corſinii.



Ex veteri Libro MS.

Teani, e regione S. Franciſci.

14
HELVIA . L . F . GALLA
IVNONI . SACRVM

Reiis in Gallia.

15
M A T R I
T E R R A E
HEV VIATOR

Ex Hiſt. Regien. Eccl. Simonis Baſtel.

Ara

Ara nuper erutа in Vinea Septimii, juxta Marinum opp.

16



Dedit Paulus Mancinus Donio.

Ara posita ante Aedem D. Jacobi secundum viam, quа a veteri Buda novam Budam itur.

17



Ex Inſcr. Ben. Ramberti.

Tiburi.

18

D · ISIDI · AVGVST ·
SACRVM
M . FERRECIDIVS · Q · F · PROSPER
TABVLAR · A · RATION · TIB
VOT · SVSCEPTO · PRO · SALVTE
FERRECIDI · ET · FERRECIDIAE
FIL · E ·
L · D · S · C

Vidit, & exſcripſit Donius.

17. D. I. Ideſt; *Dianae Invictae*, vel *Deae Iſidi*, quae etiam *Domina* appellatur in Bononienſi marmore penes Gruterum LXXXIIII. 2. & Ill. Comitem Malvaſiam Marm. Felſin. pag. 11.

V S L M Hoc eſt; *Votum Saluit Libens Merito*; quod ſemel dixiſſe ſufficiat.

18. TABVLAR. A RATION. TIB. Ideſt · *Tabularius a rationibus Tiberis*: qui operum publicorum, alvei & riparum Tiberis in tabulas referebat. Nam Domus Auguſta, Caſtra, Urbes, Decuriae, Villae, Viae Tabularios habebant, quemadmodum antiqui lapides teſtantur. Tabularium Viae Appiae adnotavi in vetuſta inſcriptione a Fabretto allata pag. 717 num 390 Poſtremas lineas ita interpretandas arbitror; *Pro Salute Ferrecidii, & Ferrecidiae filiorum, locum de ſuo conſecravit*. Non raro quoque ſigna Deorum Diis dedicantur, vel voti cauſſa, vel pro gratiarum actione, voto ſuſcepto. Ita apud Gruterum LXXVII. Fortunae Primigeniae ſignum Liberi Patria Panthei dicatur, & in Patavino marmore LXXXII. 8. Iſidi ſignum Harpocratis dono datur.

Albae

Albae Juliae in Tranſilvania.

19

ISIDI · ET · SERAP
SACRVM
EX · VOTO · PRO · FILIOLI · SALVTE
SVSCEPTA
SAVRANA · FECIT

Exſcripſit Donius.

20

IVNONI · LVCINAI
PRO · FILIA · PARVA · LABORANTE
SVSCEPTO · VOTO
STATILIA · D · D

Exſcripſit idem.

Arbae, prope aram maximam Eccleſiae primariae.

21

MATRI · DEVM
PORTICVS · IM ME
MORIAM · SVPE
...T.P.IVSTVS.T.F.LEDOP...
....STAER · RABRIAN · T · F · TER...
SOROREM HEREDEM

Ex Schedis Bibl. Vat canae.

Reiis in Gallia in baſi, ſive ara.

22 ſic

MATRI DEVM
MAGNAEQVE IDEAE
L · DECIMIVS · PACATVS
ET · CAELIA · SECVNDINA
.....EIVS OB SACRVM
TAVROPOM

Ex Hiſt. Reg. Eccl. Sim. Baſtel.

Corſinii, in ſuperiore parte aedis.

23

ATTINI ARAM
LVNAM ARGENTEAM
P . POSIT . P. MARIU
PHARETRA . SACERD.

Deſcripſit Jo: Petrus Stephanonius.

Ibidem in frontiſpicio.

ACCA . L . F . PRIMA
MINISTRA . MATRIS
MAGNAE . MATREM
REFECIT . MAGNAM
ET . INAURAVIT . ET . ATTI
NI · COMAM . INAU
RAVIT . ET
BELLONAM REFECIT

Idem deſcripſit.

19. ISIOI . ET . SERAP · i. *Serapidi*, vel *Serapi*, ut in pluribus aliis ſaxis. Iſis, & Serapis Dii σωτῆρες. *ſalutares*, & *ſervatores*, συννάοι; qui communi ſacello, & ara colebantur. Hanc & ſequentem Inſcriptionem Clar. Donius primus cum eruditis viris communicavit. V. Jac. Phil. Tomaſinum de Donariis, ac votivis Tabellis Cap. XIV. & XXXIII. item Reineſium in Cl. I. n. 30. & 132.

20. LVCINAI . i. LVCINAE. Juno Lucina, Diana eſt triformis, quam parturientes ter invocabant. Terentius in Andr. Act. III. Sc. I. & in Adelph. Act. III. Sc. 4. LABORANTE. dolore partus aegrâ. Horatius eadem voce utitur Carm. Lib. III. Od. XXII.

Montium cuſtos, nemorumque virgo,
Quae LABORANTES *utero puellas*
Ter vocata audis, adimiſque leto
Diva triformis.

22 TAVROPOM . h. e. TAVROPOLIVM. Interdum in pluribus inſcriptionibus ſcriptum TAVROPOLIVM, & TAVROBOLIVM. vide Gruterum. *Ro-*

Romae, effoſſae anno .... in fundamentis Pronai Baſilicae D. Petri, poſtea in Burghefiam Villam translatae.

24

M . D . M . I
ET ATTIDI MENO
TYRANNO CONSER
VATORIBVS SVIS CAE
LIVS HILARIANVS V.C.
DVODECIMB :: R
VRBIS ROMAE
P. S. ET HIEROCERYX
I . M . S . D . L . S . D
HECATE
D.N.GRATIANO.AVG.
ET MEROBAVDE
CONSS . III . IDVS
MAIAS

25

M . D . M . I
ET.ATTIDI.SANCTO
MENOTYRANNO
Q. CLODIVS . FLAVIANVS
V . C . PONT . MAIOR
XV.VIR. S. F.SEPTEM
VIR EPVLONVM
PONTIFEX DEI SOLIS
TAVROBOLIO CRIOBO
LIOQVE PERCEPTO
ARAM DICAVIT
NONIS APRILIBVS
FF. LL. MEROBAVDE
ET . SATVRNINO
CONSS

Vidit, & exſcripſit Donius.

24. MENOTYRANNO. Sub Attide cultus quoque Sol, qui Menotyrannus proprie dicitur; ideſt menſium Rex, & anni moderatur. Taurobolium erat ſacrificium taurorum; Criobolium arietum, qui in ſacris Magnae Deûm Matris, & Attini immolabantur. Haec impia ſacra, & ritus irridet Rumanus Martyr apud Prudentium.

HIEROCERYX. Eodem modo ſcriptum in Gruteriana XXVII. 4. *Hierocorax* potius quam *Hierocerya* legendum vult Reineſius Cl. I. pag. 95. Corvus Mithrae peculiari religione dicatus fuit. Ea ſacra HIEROCORACICA appellat lapis Romanus CCCIII. a. Vide Cl. Philippum a Turre de Mithra Cap. IV. Gratiani, & Merobaudis conſulatus in annum incidit U. C. 1129. Chr. 377.

25. Merobaudes, & Saturninus Conſules fuere anno U. C. 1135. Chr. 383. Pluribus verſibus mancam, & vitioſe deſcriptam edidit Reineſius Cl. I. n. 4. In ſupradicto loco aliae item quatuor arae inventae fuerunt, quaa Cl. Donius deſcripſit. Duas edidit Sponius in Miſcell. pag. 20. & pag. 99. in qua in ſiniſtro latere ſculpta haec viſebantur: tauri, & arietis capita, propendensque vitta, utrimque religata; quae Sponius non notavit. Duas item Fabrettus Cap. IX. pag. 666. n. 521. in cujus laevo latere ſculptae decuſſatim ardentes faces, patera, urceus, pedum, & cochlear, quae nec ipſe indicavit; alteram, male diſtinctis in paucas lineas verſibus, vulgavit pag. 665. n. 530.

Beue-

Beneventi.



26

Deſcripſit Joh. Petrus Stephanonius.

Cajetae in domo Epiſtopi.



27

Ex libro Antiquitatum Sacrati, qui fuiſſe creditur P. Ciacconii.

Romae, in baſe, cui ſuppoſitus Gryphs.

LABERIA . FELICLA
SACERDOS . MAXIMA
MATRIS DEVM . M . I

28

Illic exſculpta eſt Virgo, umbilico tenus velata, dextra tenens patellam ſuper aram, in qua fructus poſiti; laeva coronam querneam, habens in pectore expreſſum Jovis caput. [V. Spon. Miſc. p. 150.]

Ex eodem libro.

Malatae.



29

Ex Schedis Biblioth. Vaticanae.

... ſub eleganti anaglypho, in quo ſculpta Iſis multimammia cum ſceptro.



30

Exceripſit Donius.

27. SACERDOS M. D. ATTHIN D . D. i. *Matris Deûm Attbin dono dedit.*
28. Edidit Fabrettus, ſed quae in ara ſculpta ſunt non notavit pag. 215. n. 553.
30. Ideſt; *Dea Iſis ſalve. L. Julius Paſuicus.*

In

Io.Dom Fiorini delin.

Vinc. Franceschini, Schiv. Fiorini

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

In arce Tarraconenſi, Orientem verſus.

31 EX · AVCTORITATE · IMP · CAES
M. AVRELII. ANTONINI. PII · FELIC.
AVG. PARTHIC. MAX. BRIT. MAX.
PONT. MAX. ET. DECRETO · COLL.
XV. SAC. FAC. SERVIVS. CALPVRNIVS
DOMITIVS. DEXTER. PROMAGIST. ARAM
CIRCES. SANCTISSIMAE. RESTITVIT
DEDICAT. XVII. K. IVL. IMP. ANTONINO
AVG. IIII. BALBINO. II. COS

Ex Schedis Nicolai Alemanni.

Fabricae in Eccleſia S. Nazarii, ara elegans.



Exſcripſit Donius.

Tranſtiberim, in Horto Sabuntiorum, e regione puppis inſulae Tiberinae.



Exſcripſit Donius.

31 Imperator M. Aurelius Antoninus Auguſtus IIII. & D. Balbinus II. Conſules fuere anno U. C 965. Chr 213. In quinta linea fortaſſis in marmore COLL. XV. VIR. SAC. FAC. *Collegii XV. Virûm ſacrorum faciundorum*. Circe filia Solis, & Perſeidis Nymphae, magicis artibus peritiſſima; quae poſt mortem conſecrata, *Marica* dicta eſt, ut narrat Lactantius Lib. 1. c. 21. & ita appellatur in ara in Monte Caſino, quam Fabrettus edidit pag 694. n. 152.

32. H. e. *Soli Mithrae invicto Libanus dedicavit.*

33. H. e. *Soli Mithrae* (ΑCΤΡΟΒΡΟΝΤΩ ſ. ΑCΤΕΡΟΒΡΟΝΤΩ) *fulmine tonanti, Genio Nabardae, Eutychus donum* [ſupple, *dat, dedicat*].

Aesi.

34

SOLI
INVICTO MITARAE
Q. IVNIVS. Q. F. VEL. TREBV
LLIANVS . SEVERIANVS
EQ . PVB . PRAEF . FABR
COLON . AESIS . PROCVRATOR
R. P. ASCVLAN. CVRATOR. REIP
PITVL. PATRON. COL. AES
V . V . L . M
L . D . D . D

sic

Ex Schedis Manutianis Bibl. Vaticanae.

Caprae in Hiſpania, ad Portam Oppidi.

35

APOLLINI. AVG
MVNIC.....EBIVNSES
BENEFICIO
CAESARIS. AVG. VESPASIA.
C. R.... CVM SVIS...P.F.
VESPASIANO VI. COS
MA.....HE....VA....

Ex Inſcr. Bened. Ramberti.

Seguſii.

36

APOLLINI
C. IVL. DONNI. L.
ERASTVS. ET
IVLIA. DONNI
CYPRIS
V. S. L. L. M

Ex Schedis Vaticanis.

34. REIP. PITVL. Forte, REIP. PVTEOL. *Puteolanorum.* vel potius PITIL. *Pitilinorum*; ut in Gruteriana CCXV. 2. *Coloniae Aeſis.* in Provincia Piceni, ad Aeſim Flumen, u. *Jeſi.* V. V. L. M. *Votum vovit libens merito*, ut Scaliger interpretatur. Duos alios Patronos Coloniae Aeſis affert Gruterus in 1. CCCCXLVI.

35. *Apollini Auguſto* MVNIC.... EBIVNSES. Fortaſſis. MVNCIPES. CONSABVRENSES. Conſaburum, & Conſabrum oppidum eſt Hiſpaniae Tarraconenſis, u. *Conſuerga.* Vel fortaſſis MUNICIPES SEGOBRIGENSES. quorum fit mentio in duobus ſaxis in Gruteriano Teſauro CCCXX 1. 2. Veſpaſianus VI. & Titus IV. Conſules fuere A. U. 828. Chr. 75. ex Anonymi Faſtis.

36 *Apollini. C. Julius, Donni Libertus, Eraſtus, & Julia Donni Lib. Cypris. Votum ſolverunt libentiſſime merito.* Donni nomen, qui fuit pater M. Julii Regis Cottii, Praefecti Seguſinorum, clarum ex triumphali Arcu Seguſino, Auguſto dicato, qui nuper prodiit in lucem, curante Ill. Scipione Marchione Maffejo.

Inter

Inter rudera oppidi Glephternae, quod in vici ſpeciem redactum eſt, eodem nomine.

37



Ex Codice MS. Bibliothecae Lollinianae.

Sagunti, in Coenobio Fratrum Trinitariorum.

38



Gaſpar Eſcolanus in Hiſt. Valentinis ex Franc. Lauſol. Collect. Inſcript. Hiſpan.

Romae, apud Dominicum marmorarium, prope S. Andreae ad Sepes.

39



Vidit, & exſcripſit Donius.

Mediolani, in campo qui eſt pone Aedem D. Vincentii.

40



Ex Antiquit. Mediol. Circerei.

37. APKONICA (Ἀρχινίκα) Ideſt: *Archinica Zoili, vitae reſtituta, Dianae* [εὐάκως, εὐακόως] *Obſequenti, vovens pro ſe ipſa votum*. Idem cognomen Dianae attributum in Romana ara Gruteriani Theſauri XL. 10. item Iſidi LXXIII. & in Florentina pag. 81. n. 1.

38. *Maximae* cognomen Dianae tributum, notandum, quod in nullis aliis legi. Reliqui verſus quid ſignificent, alii videant, & an *vobiae* quid redoleant.

39. Poſt octavam lineam in hac ara, quemadmodum in Faſtis, eraſum puto Macrini Imperatoris nomen, qui in conſulatu Collegam habuit Oclatinum Adventum, ann. U. C. 979. Chr. 218. Fabrettum adi Inſcr. Ant. Cap. IV. pag. 339. ad n. 511. Noriſium in Epiſt. Conſul. pag. 129. Relandum in Faſtis Conſularibus pag. 135. & ſeqq.

40. Ideſt: *Juſſu imperioque Caeleſtis Dianae Auguſtae C. Avia* [ſcriptum puto in marmore C. AVR. *C. Aurelius*, vel aliquod ſimile nomen] *Secundus cum Atilinna Conjuge*. In alio item lapide penes Gruterum XLI. 1. Diana *Caeleſtis*, Οὐρανία, appellatur. *Co-*

Capuae.

41
IMP. CAESAR
VESPASIANVS
AVG. COS. VIII
FINES LOCOR. DICATOR
DIANAE. TIFATINAE
CORNELIO. SVLLA. EX
FORMA. DIVI. AVG
RESTITVIT

Ex Schedis B.bl Vatic. n. 5038.

42
DIANAE. SANCT
DAMIOCLES
VESTISPEX

Ex Schedis Manutian. Bibl. Vat.

In Horto Baſilicae S. Chryſogoni, in parva baſe rotunda.

43
L. TERTVLLVS DE
ARTE SVA
....AE DONVM POSVIT

Excripſit Donius.

Apud Montem Portium in arvo Tuſculano.

44
MARTI
GRADIVO
D . D
L. PLUTIVS. PIVS
AEDILIS. MONITOR
AVGVR. PRAEF. SACROR

Deſcripſit, & vidit Domi Amanuenſis.

Atinae apud Benedictum Melam.

45
MARTIS. SIVE NVMITERNO
ACHILLES. AVG. LIB. PROC.
ET. VLPIA. NIC. EIQ. D. D
L. D. D. D

Ex Collectaneis Dominici Panicalis.

41. Libet in hujus eximii lapidis explicationem Velleii teſtimonium affere ex lib. II. qui de L. Cornelio Sylla haec ſcribit *Poſt victorium, qua deſcendens* Montem Tifata *cum Cajo Norbano concurrerat* Sulla, *grates Dianae, cujus numini regio illa ſacrata eſt, ſolvit; aquas ſalubritate medendiſque corporibus nobiles, ingeſque omnes addixit Deae. Hujus gratae religionis memoriam & inſcriptio templi affixa poſti, badiaque & tabula teſtatur aerea, intra aedem.* Docet igitur hoc marmor fines locorum dicatorum a L. Cornelio Sylla Dianae Tifatinae, (a Tifate, monte Campaniae denominata, qui urbi Capuae imminet, vel quae potius ex ſuo nomen monti fecit) reſtitutos fuiſſe ab Imperatore Caeſare Veſpaſiano Auguſto, Conſulatu VIII. h. e. anno U. C 829. Chr 76. ex forma, ideſt ſecundum id, quod praeſcripſerat Divus Auguſtus. *Magiſtrum Fani Dianae Tifatinae* produxit Reineſius Cl. VI. 91. *Praefectum Juri dicundo Montis Dianae Tifatinae* primus in lucem protulit ex lapide Calatino Vir Cl. Alexius Symmachus Mazochius, in Commentario in mutilum Campani Amphiteatri Titulum; quo opere omnigenae eruditionis fruge refertо, de patriis Antiquitatibus optime meritus eſt. Eum vide pag. 46. & 47. 50.

42. VESTISPEX. In ploribus Inſcriptionibus VESTISPICVS occurrit; VESTISPEX, nunc primum e tenebris vetuſtatis prodit; quaſi a ſpeciendis diligenter veſtibus, ſervandis, cuſtodiendis; cui noſtrum vernaculum fere reſpondet, *il Guardaroba.*

43. . . . . AE DONVM. Fortaſſis DIANAE, ſuppletis literis.

44. MARTI GRADIVO. Marti bellicoſo, forti, vel ut ſcribit Feſtus, *Gradivus* Mars appellatus fuit a gradiendo in bella, ultro citroque. Hanc inſcriptionem edidit Fabrettus Cap. X pag. 697. n. 188. ex Schedis Barberinis, ſed duobus vitiatam mendis, nec indicato loco ubi exſtet. Reineſius Cl. 270. habet L. PLVSTIVS; putatque legendum AEDITVS. i. Aedituus Fani Martis, cui donum dederat. Sed ex hoc alio teſtimonio perſpicuum eſt marmor habere AEDILIS, non AEDITVS.

45. Scriptum forſitan in marmore; MARTI. SIVE NVMINI AETERNO &c. VLPIA NIC.

In ruderibus veteris Tuſculi.

46 MARTI GRADIVO

Vidit, & exſcripſit Donius.

Romae, in Reg. Leon. in limine aedis privatae.

47 MAIESTATI

Idem vidit, & exſcripſit.

In Hortis Carpenſibus, ſub ſtatua armata.

48 DEO SANCTO MARTI
Q. FABIVS. EVTYCHIANVS. PATRON.
ET. QQ....P. P. DE. SVO. POSVIT

Ex Adverſariis Achillis Statii.

Aſtigi.



Ex Bened. Ramberto.

In Aede maxima Baetiae [Baſſa]



Ex eodem.

Tiburi.

51 SIGN. MAVORTIO
M. COILIVS . M . F . QVIRINA. NOVELLVS
M . COILIVS . M . F . QVIR . CESTIANVS
Q. COILIVS . M . F . QVIR . AMANDVS. MIL.
LEG . III. PARTH . 7 . AZELONI
SEX . COILIVS . M . F . VETIRENVS
EQ. LEG . III . PARTH . TVR . APRINI
L . COILIVS . L . F . QVIR . TAEDIVS . EQ.
SACR

Ex Adverſariis Achillis Statii.

49. R. P. A. *Reipublicae Aſtigitanorum.*
50. OB. HONOREM; ſcilicet Auguſtalitatis.
51. In ſeptimo verſu: *Eques Legionis* III. *Parthicae, Turma Aprinii.*

Prope

Romae prope Hortos Salluſtianos.

52

VENERI
HORTORVM SALLVSTIANORVM
C. SALLVSTIVS. DRVDVS
AEDITVVS. D. D

Ex libro Antiquitatum MS. qui erat Fulvii Urſini.

Miconii, inſula Cycladum.

53

ΘΕΟΙC
ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ
ΤΙΩΙ ΕΡΩΤΙ. ΔΙΟΝΥCΩΙ
ΚΑΙ. ΔΗΜΗΤΡΑ. ΕΚ
ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ ΜΗΤΡΙ
CΥΜΠΑΘΕCΤΑΤΗΙ

Ex Schedis Bibliothecae Vaticanae.

In Templo SS. Petri, & Marcellini.

54

TI. IVLIVS
ORPHEVS
SIBI. ET
ORFITÆ
F. AN. XIV
VIRG M
VENERI
CVPIDI M
INFEROR

Ex libro MS. Bibl. Vatic. n. 5241.

Tiburi.

55

PROSERPINAE
BVSSIANAE. SACR
L. BVSSEIVS. L. F
VEL. ANNIANVS
BVSSEIA. PRIMA
VICTORINA
D. K. FEBR. TI. CLAVDIO
CAES. III. L. VITELLIO
II. COS

Ex Adverſ. Achillis Statii Bibl. PP. Oratorii.

52. Duobus aliis Aedituis Veneris Hortorum Salluſtianorum, qui in Gruterianis nominantur XXXIX. 4. tertius addendus hic C. Salluſtius DRVDVS. f. DRVSVS. In alia DCII 4. memoratur Coetus Herodianus Vilicus in Hortis Salluſtianis, qui antea fuerat Praeguſtator Divi Auguſti. [*il Credeuniere*]. Templum Veneris in Hortis Salluſtianis fuit in Colle Quirinali, in Regione ſexta, & extra moenia. Vide Panvinium in Urb. Rom. & Famianum Nardinum in *Roma antica* Lib. VI. Cap. VII.

53. Hoc eſt. *Diis Veneri, & filio Amori. Baccho, & Cereri de ſua pecunia Matri piiſſimae.*

54. F. AN XIV. *Filiae annorum XIV* De Venere *Iufera* nonnulla ſuperius diximus. Hanc inſcriptionem poſtea translatam vide inter alias Muſei Fabretti pag. 267. n. IX.

55. PROSERPINAE BVSSIANAE. f. BVSSIANAE, quam ex ſuo nomine Buſſeja familia appellavit. D. K. FEBR. *Dedicarunt Kalendis Februarii*, Hoc menſe feralia ſaera Diis inferis, ac Manibus peragebant veteres. Conſulatus incidit in annum U. C. 796. Chr. 43.

Inter

Inter parietinas Hierapitnae in Creta.

56
ΤΑΝ . ΔΑΜΑΤΡΑ
ΚΑΙ . ΤΑΝ . ΚΩΡΑΝ
ΑΡΧΕΔΙΚΑ ΖΗΝΟΦΟΙ
ΛΩ . ΜΕΤΑ ΤΑΝ ΠΕΡΙ
ΣΤΑΣΙΝ . ΥΠΕΡ ΤΑΣ
ΠΟΛΕΟΣ ΕΚΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΙΔΡΥΣΑΤΟ

Ex Membranis nonnullis Cyriaci Anconitani in bibl. Vatic.

Patavii apud Ramnuſios.

57
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗΙ ΝΕΜΕΣΙ ΤΗΙ
ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΑΕΦΑ
ΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Deſcripſit Hieronymus Aleander.

56 Ideſt: *Cererem, & Proſerpinam Archedica Zenophili, poſt clamitatem, pro civitate, de ſua pecunia ſtatuit.* ΚΩΡΑΝ Dorice pro ΚΟΡΗΝ. In Creta loquebantur Dorice, ut patet tum ex aliis inſcriptionibus, tum ex hac dedicatione ſtatuarum Cereris, & Proſerpinae. περίϛασις propriae *circumſtantia*; ſed pro *calamitate* accipitur.

57 Ideſt: *Ob libertatem. gratiarum actionem Nemeſi Ramnuſiae. Neaera Athenienſis venuſti, ſuperciliis praedita dedicavit.* Ramnuſia Nemeſis dicitur, quae in Ramnunte Attica pago colebatur. Nemeſis, quae & Adraſtea dicitur, eo quod factum infectum fieri nequit; ἀπὸ τοῦ νεμεσᾶν, *ab indignando*, quia Dea haec felicitati hominum, quae plerumque homines elatos, & ſuperbos facit, indignatur; quare qui huic Deae ſupplicabat, placare Nemeſin dicebatur. Nemeſis idcirco pro *invidia* accipitur. Senes Trojani apud Homerum Iliad. III. v. 156 viſa Helenâ, admirabundi exclamant;

Οὐ νέμεσις Τρῶάς τε καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺ χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτοισι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
Haud invidia eſt Trojanos, & bene ocreatos Achivos
Tali pro muliere multo tempore mala pati,
Vehementer immortalibus Deabus aſpectu ſimilis eſt.

Liber Judith, ſive feminae Judeae Cap. x. v. 18. *quis contemnat* (οὐ νέμεσις) *populum Hebraeorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus?*

ΝΕΑΙΡΑ. *Neaera*. De laudibus Neaerae, Demosthenes; ſeu quis alius, orationem fecit.

ΑΘΗΝΑΙΑ. Phrynichus ob reverentiam Minervae, mulierem non *Athenaeam*, ſed *Atticam* dici aſſerit.

ΧΑΡΙΤΟΒΑΕΦΑΡΟΣ. Vox poëtica, *a venuſtis ſuperciliis*. [*Salvinius haec adnotavit*] In Graeco Epigrammate apud Sponium in Miscellaneis pag. 318. & apud Fabrettum Inſcr. Ant. Cap. IV. pag. 322. n. 438. eadem vox adhibetur inter alias laudes venuſtae puellae, cujus primos duos verſus damus, quos Latine reddidit Cl. V. Salvinius.

Η ΠΟΤΕ ΚΥΔΙΟΩΣΑ ΞΑΝΘΑΙΣ ΕΠΙΚΡΑΤΟΣ ΘΕΙΡΑΙΣ
ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΑΜΠΟΜΕΝΗ.
Illa olim flavis in vertice crinibus ardens,
Et gratis oculis, atque ſuperciliis.

Edidit hanc inſcriptionem paullo aliter Reinesius Cl. I. 126. Vide Ruperti Epiſt. XXIIX. ad eundem Reinesium.

Ciſeaux

Caesenae.

58

CERERI . I . DIVINAE
PRO . MER . SACR .
L . FOVRIVS . EVRY
PILVS . LIBERTVS
FRVMEN
LEGION . II . PARTH
VOT . SOL . LIB . MER

Ex Schedis Manutianis Bibliothecae Vaticanae

In Collegio Romano Soc. Jesu.

59

CARPVS . AVG . L .
PALLANTIANVS
SANCTIS
DRACONIBVS
D . D

Vidit Donius, & excripsit.

58. CERERI. I. DIVINAE. Fortassis *Cereri Invictae Divinae*; vel potius LEGIFERAE. crederem in ara sculptum I pro L non bene a quadrato lapicida. Cereris Legiferae nomen clarum ex Virgilii testimonio Aeneid. Lib. IV. v. 57.

——— *mactat lactas de more bidentes*
Legiferae Cereri, Phoeboque Patrique Lyaeo.

Unde Θεσμοφόρια festa Cereris; quam legum inventricem, & Legumlatricem faciont Cicero in fine Actionum in Verrem, Plinius Lib. IX. c. 56. Macrobius Saturn. Lib. III. c. 12.

PRO. MER. SAC. i. *Pro meritis sacrum* Virgilius Aeneid. Lib. I. v. 74.

Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat ———

In quem locum Servius; meritum nonnisi ex praestantis beneficio descendit.

FRVMEN. &c. idest. *Frumentarius Legionis Secundae Partbicae votum solvit libens merito.* Frumentariorum officium in perquirendis frumentis, aut observandis iis qui & contra legem asportarent, versabatur. Vide Fabrettum de Col. Trajani Cap. II. pag. 34. 35. & Reinesium Cl. I. n. 15.

59. SANCTIS DRACONIBVS D. D. *dedit dicavit.* Draconibus, ut arbitror, Cereris, qui in eius tutela sunt; quique eam ad investigandam Proserpinam, a Plutone raptam, curru traxerunt. In eleganti marmore, anaglyptico opere exsculpto, quod Florentiae exstat in Museo DD. March. Nicoliniorum, cernitur Dea Ceres sedens, taedam extrema parte uncinatam, quasi taedae clavo appendi solerent, praeferens; cui puer rusticos spicas, ac fruges in sinu suo collectas affert; post quam ex aedicula duo Dracones sinuoso corpore erumpunt, ac prosiliunt. Pro his Draconibus ii quoque, si placet, intelligi possunt, qui Aesculapio, & Hygiae, salutaribus Diis, sacri; vel potius Genii Locorum, de quibus infra dicemus. Carpus Pallantianus, qui hanc aram Sanctis Draconibus dedicavit, Libertus fuit Ti Claudii Augusti, Adjutor Claudii Athenodori, Praefecti Annonae, ut ex Ara Romana colligitur a Grutero relata DCCXXII. 3.

Prope

Prope Bajas, ad Portam Juliam; Ara, in qua in ſiniſtro latere ſculpta Dea Cybele turrigera, ſedens ſub pino, tympanum plectro pulſans.

Romae, Ara marmorea, anaglypho exornata.



60. Hujus elegantis Arae inſcriptio eſt διγλωττος, Graeca ſcilicet, & Latina. Ideſt; *Deae Dindymenae. Valerius Melantius Libertus* [ΣΕΟΤΑΣ, forte ΣΕΒΑΣ i. σεβάσῳ] *Auguſti dedicavit. Deae Dindymenae ex oraculo.* Dindymene, cognominata magna Deûm Mater Cybele, a Dindymis montibus Phrygiae, ut putant Strabo, & Heſychius; vel Troadis, ut Stephanus, in quibus ejus ſacra celebrabantur. Virgilius Aeneid Lib. IX. n. 617.

——— *ite per alta*
Dindyma; ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſque vocant Berecyntbia Matris
Idaeae ———

Dyndimi dominum Carm. XXXV. v. 14 & *Dindymenam dominam* vocat Catullus in Galliambico. Diodorus Siculus, a nomine matris dictam innuere videtur, quae Dindymene vocaretur. Vide Gyraldum Hiſt. Deor. Synt. III.

EX. ORAC. Integra ſcriptura eſt in alio lapide apud Fabrett. pag. 692 130. HERCVLI SOMNIALI EX. ORACVLO. hoc eſt ex reſponſu a Diis accepto, ſive per diem, ſive in ſomniis Vide Ciceronem 1. de Divin. Foede mancam edidit Reinelius Cl. I. n. 235.

61. TELLVR · SACR. i. *Telluri Sacrum*. In Reatino marmore apud Fabrettum pag. 697. n. 184. DEAE. TELLVRI. SACRVM, legitur. Templum Deae Telluris fuit Romae in Regione III, Via Sacra. Inter alia templa, quae Phlyenſes in Attica oſt ndebant, teſte Pauſania, in Attic. c. 31. illud quoque fuit Telluris; quam ipſi μεγάλην θεὸν, *magnum Deum*, appellabant. Ejuſdem ſimulacrum ſculptum ſedens, eodem Pauſania auctore, in Ach. c. 21. quale etiam repraeſentatur in elegantiſſimo anaglypho Muſei Medicei, quod vide in Par. I. Inſcr. Etr. Urb. Tab XIV. pag. LXXVI. Eadem Tellus, ſive Terra, Deorum antiquiſſima, *mater* in ſequentibus lapidibus appellatur, quod omnium parens ſit; quam, Graeci Poëtae πολύθρεπτον, & παμμήτορα, Latini *omniparentem* dicunt.

Romae, in marmorea arcula inventa in quadam vicinia, poſt Eccleſiam S. Caeſarii, Viâ Labicanâ.

62

TERRAE MATRI
GRATVS · AVG · LIB
TABVL · F · LIB
ET · PEC · D · D

Vidit Donius.

Marmorea columella eodem in loco erutа.

63

DEAE SANCTIS
SIMAE · TER
RAE · MATRI
AVRELIA · FLA
VIA · IVLIA
C · F . VOTVM
SOLVIT

Vidit Donius.

Corfinii in Piceno.

64

Deſcripſit Joh. Petr. Stephanonius.

62. AVG. LIB. TABVL. F. *Auguſti Libertas Tabularias Fiſci.*

63. Hanc quoque exhibuit Fabrettus Inſcr. Ant. pag. 694. n. 153. ſed locum tacuit, ubi eruta fuerit.

64. Pantheus Bacchus dicitur, quod ejus numen, ubique gentium, diverſis nominibus coleretur. Autonius in Epigrammate XXIX.

Ogigia me Bacchum vocat,
Oſiria Aegyptus putat,
Miſtae Phanacen nominant,
Dionyſon ludi exiſtimant,
Romana ſacra Liberum,
Arabica Gens Adonaeum
Lucanianus Pantheum.

In Praeneſtino marmore in Theſauro Gruteri LXXVII. 3. Fortunae Primigeniae dedicatur ſignum Liberi Patris Panthei, cum ſuis parergis &c. Idem Panthei cognomen aliis quoque Diis tributum, Prispo XCV. 1. inter Gruterianas, Silvano in ſequenti; vel quod ipſis aliorum Deorum ſymbola, & attributa convenire putarent. Sigillum Pantheum Harpocratis omnium elegantiſſimum ſubiicio in ſequenti pagina, quo olim ornabatur Muſeum Cl. V. Joh. Ciampini; quod mecum aere inciſum humaniſſime communicavit Equeſtris Ordinis Vir Ill. Antonius Franciſcus Marmius. *Colepii*

Calepii in Agro Bergomenſi.

65 PANTHEO
IVVENTI HERMA
ET. PHILTATE
V. S. L. M

Ex Fr. Calepini Hiſt. Bergom.

Romae in pavimento Aedis S. Auguſtini.

66 SANCTO SILVANO PAN
THEO. S. M. FVLVIVS ERAS
TVS. CVM . SVIS . D . D

Ex Schedis Martii Milteſii.

66. PANTHEO. S. M, h. e. *Salutari, Magno*; quae cognomina Silvano in aliis Inſcriptionibus tribuuntur. Templum Silvani Sancti Salutaris in Aventino fuiſſe dicitur in Inſcriptione n. 100. pag. 688. apud Fabrettum.

Romae, in Hortis Juſtinianis, Baſis in qua apparent veſtigia ſigni ſuperpoſiti.

67



Vidit, & exſcripſit Donius.

Perusiae, in Hortis Belloniorum.

68



Ex Felice Ciattio.

Romae,

69



Vidit, & exſcripſit Donius.

67. Barbarus, & Regulus Conſules fuere anno U. C. 909. Chr. 157. ex Relandi Faſtis Conſul. Edidit quoque Fabrettus Inſcr. Ant. Cap. III. n. 138. non ſatis accurate.

68. PR. FRVM. &c. Praepoſitus Frumentariorum Legionis Primae Minerviae, Felicis; cujus militaris officii exemplum nullum reperio in editis lapidibus. Vel *Princeps*, ſeu *Primus Frumentariorum*. In Romano lapide in Gruterianis DXX 8, memoratur C. Annius Valens Veteranus, ex numero Frumentariorum Legionis Quartae Flaviae. De Frumentariis militibus diximus ſupra. Vide V. C. a Turre de Inſcr. M. Aquilii Cap. X.

AQVIL . LEG . EIVSD . D D . Ideſt: *Aquilifer Legionis ejuſdem dono dedit*, vel *dedicavit*. Aquilam Romanis Legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicavit, ut narrat Plinius Lib. X. c. 4.

In-

I.



II.



III.



IV.

Illustriss. D. Gabrieli Abbati Marchioni Riccardi Patr. Fl. dedic.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III - NAPOLI

Interamnae, erutа in Basilica S. Valentini.



70
IOVI . O . M
ATINATIA
HELPIS
DEDICAVIT . ET .
CONSECRAVIT

Romae in Paganica, in pariete Ecclesiae.

71
NORVM
VICARIO
CVLTORES
DEI . PVB .
CI . POSVE
RVNT . D . M . S

Exscripsit Donius.

Bergomi, in portica Fori veteris.

72
D E O
I N V I C T O
L · S · M

Ex Fr. Caelestini Hist. Bergom.

Boriani, in Agro Bergomate.

73
DOMNIO·L·F
VOT
MONTANO

Ex eodem.

In moenibus antiquis Arimini, prope Portam D. Andreae.

74
Q . P V P I V S
S A L V I V S
MINERVAI
V . S . L . M

Ex Comm. Caes. Clementini.

Bergomi in Porticu Fori veteris.

75
M I N E R
M V N A T I A
SECVNDA
V . S . L . M

Ex Fr. Coelest. Hist. Bergom.

Cretarii, in Agro Bergom.

76
MERCVRIO
L . POBLICIVS
VALENS

Ex eodem.

In Agro Benacensi.

77
MARTI
M . VETINIVS
ASIANVS
V . S . L . M

Ex eodem.

Neapoli

Neapoli, in Domo Jo: Franciſci Riſtaldi J.C.

78

Ex Jul. Cæſ. Capacii Hiſt. Neap.

Tiburi apud Forum.

79

SATVRNO
AVG
SACRVM
P . NONIVS
SABINVS
V . S . L . M

Ex Schedis Bibl. Vat.

Iaderae.

80

SERAPI • ISIDI • LIBER
LIBERAE. VOTO. SVSCEPTO
PRO . SALVTE • SCAPVLE
PVSILE • FILIAE • SVE
QVINCTILIVS . PARIS
V • S • L • M

ſic

Ex Schedis Vaticanis.

Romae, in pectore Imagunculae Aegyptiacae, ex nigro lapide.

81

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥCΙΝ ΘΕΟΥ
CΕΡΑΠΙΔΟC CΥΙΒΙΟC
ΙΕΡΕΥC . ΑΝΕΘ .

Deſcripſit Cl. Menetrejus.

78. Ideſt: *Zoilus Zoili* (filius) *Pythiorum Victor Diis*.

137. LARIBVS . AVGVSTIS, Titulum hujus dedicationis omiſit Gruterus CXXVIII. 3. quem ut videas operaepretium eſt. Ti. Allienus Sicinius Quinctianus Curator Acdiuni ſacrarum fuit. Ca-

Hiſpelli.

138 GENIO . MVNICIPI
HISPEL . SACR
L. FOVRIVS. L. F. LEM
SECVNDINVS
VI. VIR. QVINQ.
IN . MVNICIP . EQV
PVBLIC. L. D. D. D

Ex Schedis Manutianis Bibl. Vat.

Sueſſulae, ſub ſigno Mercurii cum lyra, & caduceo.

139 GENIO PACIFERO
SACRVM
L . VIVASIVS . L . FIL.
STEL . POMPEIANVS
MIL. COH. II. BRACAR
EX . VOT . L . M

Ex iiſdem Schedis.

Ariminiin Domo Jo. Baldigarii.

GENIO
DOMINICO
ZOILA . VILIC

Ex Comment. Caeſ. Clementini.

138. Id eſt: *Genio Municipii Hiſpelli*. Hiſpellum, *Spello*, olim urbs, nunc caſtrum Umbriae in Pontificia ditione. Municipium, & Colonia Julia fuit, a Caeſare deducta, cujus meminit marmor e Gruteri penu CCCLI. 1. Variat aliquantulum haec inſcriptio apud Reineſium Cl. I. 297.

139. GENIO PACIFERO. Idem cognomen Genio tributum in Reineſiana Cl. I. 294. Item commune Hereuli in veteſtis ſaxis penes Gruterum XLIX. 1. & MXIII. 4. Apollini LVIII. 7. & Mercurio apud Ovidium Metam. 14. u. 291.

Pacifer huic florem dederat Cyllenius album.

Poſtremorum verſuum ſiglae ita explicantur; *Miles Cohortis ſecundae Bracarauguſtanorum ex voto libens merito*. Non accurate edita eſt in Reineſianis Cl. I. n. 166.

140. GENIO DOMINICO. Gr. κυρίακῳ. *Deo-rum*, qui hominibus, rebuſque omnibus, & loeis dominatur, quemadmodum exiſtimabant veteres; atque, ut ait Feſtus, qui vim obtinet rerum omnium gerendarum. In Florentino votivo marmore Muſei Andreiviі, pag. 135. legitur EX. IMPERIO GENI. ALOTIANI. Genius loci primus omnium Deorum invocatur ab Aenea, & quidem laurea corona ornato ſibi capite, Lib. VIII. u. 135.

Sic deinde effatus frondenti tempora lauro
Implicat, & Genium que loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphaſque, & adhuc ignota precatur
Flumina ———

Qui Genios, vel inter domeſticos Larea reponendos, ac colendos, vel Diis dicandos in templis, voti eauſſa, pro donariis effingebant, *Geniarii* appellabantur, ut obſervo in Romano lapide Theſauri Gruteriani XXV. 1. in quo M. Cornelius Philonicus nominatur Geniarius poſt aedem Caſtoris; cujus ſcilicet officina erat poſt aedem Caſtoria, in Regione IX, in Circo Flaminio. Solet enim Artificibus, & Negotiantibus in veteſtis ſaxis apponi loeus, ubi artem ſuam exercerent, & negotiarentur. Geniorum imagines pro amtorum voluntate, vel ex auro, argento, aere, vel e cera, aut ligno fiebant. L. Pinarius Rufus ob honorem aedilitatis imaginem Genii Municipii Lilybitanorum ex argento dedicavit, ut docet Fabrettianus lapis pag. 78. n. 91. ZOILA . VILIC. i. *Vilicus*. Fortaſſis Genio Domini ſui hunc lapidem dedicavit. Dii quoque *Domi*, ſeu *Domini* appellati. In Patavino lapide ex Sponio in Miſcell. pag. 114. GENIO DOMNORVM CERERI, &c.

Calatiae, in marmore effoſſo anno 1590.

141 ΗΒΩΝΗ ΕΠΙΦΑ
ΝΕΣΤΑΤΩ . ΘΕΩ
ΤΑΓΜΑ ΚΑΙ ΛΑΩΣ
ΚΑΛΑΤΙΝΟΣ

Ex Octavio Melchiore.

142 PHOEBVS . SER
GENIO . IPSIVS . D. D

Ex Schedis Paſchalini.

Apud Hor. Pacificum Statuarium Via Flam.

143 GENIO L
BERYL LVS

Donius exſcripſit.

In Vinea Columnenſi prope Marinum, baſis nuper effoſſa, ſed laeva fracta.

144 GENIO
MVNICIP
SACRVM
Q. AVRELIV
FAVSTINIANV
IIII V. D. F.

Exſcripſit Donius.

Buthroti in Epiro.

145 NVMINIBVS
AVGVSTORVM
TI. EPPIVS
BELLIC.

Ex Libro vet. MS.

141. Id eſt; *Hebone Praeſentiſſimo Deo. Ordo & Populus Calatinus.* Hebona Bacchum Neapolitaoi cognominantes, in Campania feſtis ſacriſq; colebant, & celebrabant, Macrobio teſte, Saturn. Lib. 1. Cap. 18. ἀπὸ τῆς ἥβης, ab juvenili aetate, primoque flore juventae. Vide Gyraldum Hiſt. Deor. Syntag. VIII. Tibullus Lib. 1. Eleg. 4. v. 23.

Solis aeterna eſt Phoebo, Bacchoque juventa,
Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.

E Calatia (hodie *Cajazzo* Epiſcopali Urbe Marchionatus Nobb. Marchionum Corſiorum Floreutinorum) & e Caſilino veteranos paternos in bellum excivit Auguſtus initio imperii ſui, teſte Velleio lib. II. cap. 61. Eidem Deo alium lapidem a Neapolitanis dicatum exhibet Gruterus 5. XXXVI.

143. GENIO L. id eſt; *Genio Loci*. De Geniis locorum plura eruditiſſimus Cuperus.

Prope

Romae, qui poſtea intercidérunt.

146



Donio dedit Hieronymus Aleander.

Prope Oppidum Buſa in Hiſpania.

147



Ex Inſcr. Benedicti Ramberti.

Romae in Quirinali.

148



146. Imperatoribus ad bellum proficiſcentibus vota pro itu, ac reditu, ut praediximus, item pro eventu, ſalute, & incolumitate eorumdem fiebant, atque donaria Diis conſeerabantur, quod eruditis explorati ſſimum eſt. Devictis hoſtibus, in Urbem redeuntibus, ingenti plauſu, ac laetitia FELICITER acclamatum; exceptique oſculo a Senatu, ut dimiſſi oſculo fuerant, teſte Plinio in Trajani Auguſti Panegyrico. Ita Piſani in decreto in honorem C. Caeſaris, quem unicum Coloniae praeſidium appellant, ſcribunt: VLTRA. FINIS. EXTREMAS. POPVLI ROMANI. BELLVM GERENS. FELICITER PEREGERAT. Romanum vas elegantiſſimum exhibet Gruterus DCXII. 8. ita inſcriptum: SALVIS. AVGVSTIS FELIX LEONIDES. & pag. MLXXII. 10. IN H. DD AVGG. (*in honorem Dominorum Auguſtorum*) L. VECTIVS. SEMPRONIANVS AVG. L. SALVOS IRE. SALVOS. REDIRE. Nec praetereundus in hanc rem inſignis locus apud Vellejum Hiſt. Lib. II. c. 104, qui haec narrat: *At vero militum, conſpectu ejus,* (Tiberii Caeſaris in Urbem reverſi) *elicitos gaudio lacrymas ulceritaſque, & ſalutationis nova quaedam exultatio; & contingendi manum cupiditas, non continentiam protinus, quin adiicerent, videmus te, Imperator,* SALVVM RECEPIMVS. Eadem acclamationis formula SALVO, non a Gentilibus tantum, verum & a Chriſtianis uſurpata eſt: nam illi Caeſaribus ſuis, hi etiam Pontificibus noſtris eadem plaudebant; in quam plura obſervavit, & attulit exempla veterum inſcriptionum, ingenio, & doctrina praeſtantiſſimus Juſtus Foutsninus, Archiepiſcopus Ancyranus in Commentario in Diſcum Chriſtianum Cap. XI. pag. 27.

147. L. Aufidius Maſculus nominatur in Tarraconenſi lapide apud Gruterum CCCXXV. 5. quem vide.

AESC. PLICARIVS. Suppletis literis reſtituendum SESQVIPLICARIVS. Qui duplicia ultra dimidium ſtipendia militaria, ſeu annonas conſecutus eſt, ut colligitur ex Vegetio Lib. III. Cap. 7. Hinc Arrianum in Tactic. c. 64. interpretatur Reineſius ad 13. Cl. VIII. Duplicariorum ſive Duplarium militum fit mentio in pluribus militaribus ſaxis apud Gruterum LVII. 1. DXXX. 5. DXLVI. 4. DXXVIII. 5. & apud Fabrettum pag. 394. quos vide. Claſſes quoque Romanorum Duplicarios, ſeu Duplarios ſuos habuere. Vetus Inſcriptio maritima inter ſelectas V.C. Vignolii pag. 294. D. M. C. IVLI. PONTICI BRI DVPL. CL. PR. MIS. i. *Britannici Duplarii, ſive Duplicarii Claſſis Praetoriae Miſenatium.*

148. Id eſt: *Licinia Philete pro ſalute ſua, & ſuorum filiorum de ſuo poſuit.*

Vulſiniis in Foro.

149



Ex Sch. Bibl. Vaticanae.

Ibidem in D. Franciſci.

150



Ex iiſdem Schedis.

In columella antiqua, effoſſa juxta Aedem B. Mariae in Campis prope Fulginium.

151

Albae Juliae in Tranſilvania.

152



149. D. N. M. S; Id eſt: *Deae Nortiae Magnae Sanctae*. Idem cognomen *Magnae Deae* Nortiae tributum in Florentino marmore, Par. 1. Inſcr. Ant. Etr. p. 329. n. 85. antiquitus reperto in fundamentis Aedis D. Reparatae; ex quo licet arguere Nortiam localem, ac patriam Deam fuiſſe non ſolum Sutrinorum, ut adfirmat Tertullianus in Apologetico c. 24. & Vulſiniienſium, ut Livius Lib. VII. qui apud ipſos meminit eius Templi, in quo mos erat clavos figere annorum indices, verum etiam Florentinorum, eorumque populorum, qui haec loca ante deductam Triumviralem Coloniam incolebant. Nortiae Deae meminit alia vetus inſcriptio edita a Fabretto pag. 742. n. 507. quam Rufus Feſtus Aſiae Proconſul LARE CRETVS VVLSINIENSI veneratur. Meminit quoque Juvenalis Sat. X. v. 74. ubi codices, & interpetres variant. Sed horum lapidum auctoritate legendum eſt non *Nurſia*, *Nartia*, *Nurſcia*, *Nortbia*, *Norcia*, *Nurcia*, *Nerſia*, ut plures voluere, juxta propriam pronuntiationem, ſed NORTIA; quae eadem ac Fortuna Tyche, ſeu Nemeſis habita eſt. Suorum Numinum propria ſacra, ac particularia Italiae urbes, & municipia non reliquerunt, deductis in ea Romanis Colonis, ut erudite docet Henricus Noris in Cenotaph. Piſ. Diſ. I. Cap. V.

150. Interpolatam arbitror hujus aræ inſcriptionem; legendamque uſitato more crederem; *Dis Deabuſque, Deae Nortiae Primitivus Servus Actor ex voto.*

152 Gliſut Deus peregrinus, & ἐντόπιος, localis. Reineſius Cl. I. n. 169. legit GVLIO, quod Herculis cognomen legitur in Puteolano lapide, penes Gruterum 7. XLVI. de quo Gyraldus Syntagm. Deor. X. IVSSO. DEI. i. *juſſu Dei*; eodem modo in votivis erit EX. VITO, & EX VISV. EX PRAECEPTO, & EX PRAECEPTV, ut in ſequenti n. 154.

Sani

Suni, agri Novarienſis, in fronte Aedis S. Geneſii.

153
MATRONIS
ET DIS DEABVS
T·MATVSIVS. †N
PRO SE SVISQVE
V S L M

Ex Paulo Gallerato.

Iuſtinianae agri Novarienſis, in ſilicio ſtylobate ad aquae luſtralis uſum excavato.

154
EX PRECEI
V · VIRGI
NIS · DIA
NE VOL
ERIVS C
VM VRAI
RCVS D
P

Ex eodem.

Ibidem.

155
T.VIBIVS.T.L
OPTATVS
M V.S · L · M
LIBERTATIS. CAVSSA

Ex eodem.

In Templo S. Chriſtinae agri Novarienſis.

156
MATRONS
a
T VIGNIDIV
CRESCINVS

Ex eodem.

Revelaſte, in arce Comitum ejuſdem loci.

157
MERCVRIO
VERINVS.E T.SVI
V C

Ex eodem.

Ibidem.

158
IOVI . O . M
VERINVS·ET.SVI
V S

Ex eodem.

Novariae.

159
IOVI . O . M
LICINIA . Q . F
IVSTINA
D P

Ex eodem.

153. Matronae, Provinciarum atque Urbium Deae tutelares, religioſo cultu habitae ſunt, ut plures inſcriptiones, & aras eiſdem dicatas perſuadent apud Gruterum xc. xci. xcii & Sponium in Miſcell. pag. 104. & c. Simulacra earumdem ſculpta pleno fructuum ſinu. Vota pro filiis ſoluta Matronis obſervat Jac. Phil. Tomaſius de Donariis Cap. x. In Lugdunenſi fragmento apud Gruterum xc. 11. Matronae, σύμνυμοι Θεαί, cum Matribus, ſeu, ut in aliis inſcriptionibus legitur, cum Matrabus conjunguntur.

154. Ideſt: *Ex praecepto Virginis Dianae. Valerius cum fratribus donum poſuit.*

155. LIBERTATIS. CAVSSA. Hic T. Vibius, Domini beneficio in manumiſſione libertatem conſecutus, pro gratiarum actione Dis ſuis votum ſolvit libens merito. Servi Herculem tutelare numen habuere; Liberti Deam Feroniam in cujus templo pileum raſo capite accipiebant; vilia mancipia Deos Lares, quibus collaria, & catenas, & Saturnum cui anulos ferreos ſuſpendebant, ac dicabant, teſte Horatio Lib. 1. Sat. 5. Martiale Lib. XIII. ep. 29. Vide Tomaſinum de Donariis, ac Tabellis votivis Cap. XXXVI. Vernae quoque Vernanum Deum, proprio nomine appellatum, coluere, ut diximus ad Titulum I. Monumenti ſive Columbarii Servorum, & Libertorum Liviae Auguſtae pag. 69. auctoritate Antiatinae Tabulae; in qua etiam Menſe Octobri Vernani Genii vernarum Dei feſtus dies notatur.

156. Ideſt; *Matronis T. Vicnidius Creſcinus.* In ſequenti v. c. id eſt, *Vati campotes.*

Cureſii, vel Cureii, ut eſt in diplomate Conradi Imper. aut Curiae Regiae, ut alii vocant [vulgo Curegium, vel Quiregium dicitur] in agro Novarienſi, ubi plures erutae Inſcriptiones, quibus olim ſtatuae impoſitae fuerant.

160

LICINIA
IVSTINI FILIA
IVSTINA
MINERVAE V·S

Ex eodem.

Ibidem.

161

MINERVAE
DECEMBER
OP.·.·A·.·.·.·.·
IIO.·.·.·.·.·.·NIS
V·S·L·M

Ex eodem.

Brocarae in Luſitania.

162

I O M
STAT·C·VALERIVS
VALERIAN·EX III·S·V·P

Ex Bened. Ramberto.

In Suburbio Conteranenſis oppidi ad pontem.

163

MINERVAE
BELISANAE
SACRVM
Q·VALERIV....
MONTAN....

Ex notitia Vaſconiae.

In Aede D. Felicis prope Praeſentianum Campaniae.

164

MATRI·DEVM.OPTIMAE·MAX
SACRA·TAVRO BOL.
L.M·F.SABIDIA·CORNELIA

Ex Schedis Manutianis Biblioth. Vat.

Hic Solis effigies	*Lunae faciet.*	*aliud ſimulacrum*

165

SOLI. LUNAE. SILVANO
ET GENIO · GELLAE
GROESIANAE
M.SCANIANVS
ZOSA EX VISO
POSVIT

Dedit Cl. Menettejus.

163. Paullo aliter legitur apud Gruterum MLXVII. 2.

165. GENIO. GELLAE. Legendum CELLAE. Saepe in lapidibus c ita ſculptum, ut e ſimile eſſe videatur. Turpi mendo maculatam edidit Reineſius Cl. I. 279. *Mi-*

Minturnis ad arcum.

166
BONAE . DEAE . SACRVM
C . VALERIVS . C . F . MARTIALIS

Ex Libro ant. MS.

Romae, in Domo Michaelis Angeli Palutii.

167
SILVANO . SACRVM
M . V . E . D . D

Ex Lib. MS. Biblioth. Vat. n. 5241.

Fontaneti agri Novarienſis, ad D. Sebaſtiani.

168
MERCVRIO
LVCRORVM . POTENTI
ET . CONSERVATOR . SACR
C . GEMETINVS . C . FIL
QVI . VALERIANVS
IIII VIR . A . P . PR . AR . F . I . D
C . . . . . GEMET
VALERIANVS . SECVN . . . .
VALERIA . SIRI . . . . . IS
EX . VOTO . DONVM
POSVIT . ET DEDICAVIT
L . D . D . D

Ex Paulo Galletato.

168. Mercurius mercaturae, nundinarum, & negotiationum, & menſarum praeſes Deus, qua ratione ingens pecuniarum vis comparatur. In Gruteriano lapide Mercurius NEGOTIATOR dicitur. LV. I. in Reineſiano Cl. I. n. 80. NVNDINATOR. A Graecis Ἀγοραῖος ἐμπολαῖος. In hoc lapide dicitur *lucrorum potens, & conſervator*; quia lucra promovere, & conſervare creditus eſt, teſte Arnobio Adver. Gent. Lib. IV. Quare & Herculis ſocius factus; quia divitiae ſine ſudore, ac virtute non parantur. Mercurius vero ut apertis lucris, & negotiationi praeeſt, ſic Hercules opertis lucris, ſive theſauris, uti adnotant veteres Horatii interpretes ad Sat. VI. Lib. II. Jupiter quoque in ara Romana a Fabretto allata dicitur *Cuſtos, & Genius Theſaurorum.* Vide pag. 77. n. 88.

QVI. id eſt; *Quirina Tribu*. IIII VIR. A. P. PR. AR. F. I. D. Hoc eſt; *Quatuor Vir, aedilitiae poteſtate. Praefectus argento feriundo. Juri dicundo*. Parum accurate deſcriptam, & mancam edidit Sponius in Miſcell. p. 91. V. Fabrett. Cap. IX. n. 210. Ca-

Calatiae in Foro.

169

VENERI . FELICI

P . SERVILIVS . P . F . PAL . APRILIS

II . VIR . Q . Q . Q . R . P . O . PEC . ALIMENT

PATRON . MVNICIPI . CALATINORVM

CVRIA . O . F . N . D . REEIP . EIVSDEM

PECVNIA . SVA . FECIT

Dedit Donio Joh. Petrus Stephanonius.

Ocriculi, in Umbria, in Templo S. Mariae ad Altare D. Fulgentii.

170

PRO . SALVTE . ITVS . AC

REDITVS . D . N . SANCTISS .

[illegible]

II . AVG . AEDICVLAM

CONCILIIS DEOR'DEARVMQ;

AVRELIVS . FAVSTVS . PROT .

DIVINI . LATERIS . AVG . N

EX . VISV . DEAE . VALENTIAE

S . P . F . C

Ex Schedis Biblioth. Vaticanae.

169. Tertia linea ita fortaſſis interpretanda; *Duumvir Quinquennalis Reipublicae* (O, i. *operum*, ſeu potius c *curator*) *pecuniae alimentorum*. Omiſit locum ubi exſtat Gruterus p. LIX. 6.

170. Valde inemendatum ex Metello exhibuit Gruterus pag. II. 12. ac praeſertim in ſexto, & ſeptimo verſu, ſcilicet AVRELIVS . FAVSTVS . PROT . DIVINITATE . RIS . AVG . N. Protectores Principis corpus defendebant; προασπισται, quaſi clypeo obiecto propugnatores dicti in veteribus Gloſſis; quorum icones exhibentur in Trajani Columna. Vide Jacob. Guther. de Off. Domus Auguſtae Lib. II. Cap. XV. VALENTIA Dea propria, & localis municipii Ocriculanorum, cujus meminit Tertullianus in Apologetico Cap. XXIV. atq; hujus lapidis auctoritate in eo textu retinendum *Ocriculanorum Valentia*. non vero ut in Aldino *Otriculanorum*, & in MSS. *Cericulanorum*.

IN-

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM

CLASSIS SECUNDA

OPERUM LOCORUMQUE

PUBLICORUM ET PRIVATORUM.

Romae.



Ex fide Benedicti Aegii.

1. Haec Ara, quamquam a Reineſio Cl. 1. 273. & a Sponio in Miſc. pag. 65. edita fuerit, tamen quia non parum variat, rurſus edere voluimus. In qua notandum, hanc vocem CRRIOLAR ARG. h. e. *Ceriolaria argentea*, quae praecipue perperam ab eiſdem deſcripta eſt, in alio marmore reperiri apud Gruterum CLXXV. 4. in quo dicuntur aerea Ceriolaria effigiem Cupidinis habuiſſe, tenentia calathos; quae quidem Ceriolaria dicta puto, non tantum quia cereos ſuſtinerent accenſos, cum ſacra fierent; verum etiam quia Deos Lares, vel Genios referrent, quia nobis appellantur *Torcieri*. His reſpondent, quae deſcribit Homerus Odyſſ. Lib. VII. v. 100. in aedibus Alcinoi. In alio lapide Praeneſtino Gruterianae Gazae LXXVII. Fortunae Primigeniae dono datum legitur Signum Liberi Patris Panthei cum ſuis paretgis, item Cupidines duo, cum ſuis Lychuchis, ET. LVCERNA. LARVM. Sed de his donariis alibi fuſius agam. Schola erat locus, in quo conventus ſuos habebant Collegiati Fabrorum, & Pellionariorum. DE. SILV. h. e. *Dei Silvani*. Ultimus verſus forte poterit reſtitui, REFECIT. ET. EXORNAVIT.

Caſtulone in Hiſpania, nunc Caſtona.



Ex Inſcriptionibus Benedicti Ramberti.

2. In Statuarum dedicatione in honorem Virorum illuſtrium, non ſolum magnificae largitiones factae leguntur, epulae datae, ac convivia; verum etiam edita ſpectacula, Ludi Gladiatorii, Sceniel, & Circenſes; quod & haec Baſis teſtatur, poſita certe eum ſtatua Q. Thorio Culleoni, ob plurima ejus in Municipium Caſtulonenſium merita, quae in hac inſcriptione poſterorum memoriae commendantur. Caſtulo Urbs Hiſpaniae valida, ac nobilis, conjuncta ſocietate Poenis fuit, ut narrat Livius Lib. XXIIII & XXVIII. Idem quoque memorat Saltum Caſtulonenſem Lib XXII Siſapo, oppidum Hiſpaniae Baeticae, celeberrimum miniario metallo, ubi fodiebatur, de quo Plinius Lib. IIII. c. 3 Lib. XXXIII. c. 7. Ejuſdem Municipii Caſtulonenſis fit mentio in Gruterianis CCCXXIII. 12. CCCXXV. 2.

In

In Oppido S. Gemini.

3

. . . . . PVBLIC . . . . . .
. . . . . QTEFICIO . AD . . . . . .
. . . . . RNAM . AD . SILVANVM . . . . . .
. . . . . ONSVMMAVIT . AEDEM . A . . . . . .
. . . . . MMAVIT TABVLAM NEMES . . . . . .
. . . . . TIRONIANO . SVPERPOSVIT . . . . . .
. . . *car* SVLANORVM . EGO . VESTIBVLVM . . . . .
. . . . . IR . XXX . VV . IDE EIS SACRIFICI . . . . . .
. . . . COMMITTO . QVOD . SI . ITA . NON . . . .
. . . . . IR . VENIRI . IVBEO . . . . . .
. . . . . ORI . OPTIMAE . VI . VIRI . . . . . .
. . . . . MECVM . VIXIT . LEGAT . LIBERI . . . . .
. . . . . IM . SACRIFICIVM . PARENTA . . . . . .
. . . . . VIT . TIT . QVOD . SI ITA SACRIFICI . . . .
. . . . VM CARSVLANORVM . AB . . . . . .
. . . . . IEGAMVS AMI . . . . . .

Ex Schedis Bibliothecae Vaticanae.

3. Temporis ea eſt iniuria in veteribus monumentis abſumendis delendiſque, ut interdum in his certum pedem figere quis nequeat; quod & in hoc clare conſpicimus, in quo, ſi tam male labefactatum non eſſet, multa notatu digna colligere facilis eſſet negotii. Verum quod ad Geographiam pertinet, diſerte fit mentio Municipii Carſulanorum. Carſula urbs olim Umbriae, in Via Flaminia, nunc diruta, cujus fit mentio in Florentino laterculo Muſei Medicei, edito in Par. 1. pag. 31. in quo nominatur inter ceteros Coloniarum Romanarum milites Sextus Rummius Paeatus, patria CARSVL i. e. *Carſulis*. Multa praeclara opera hic deſcribuntur, donata ſcilicet, ut auguror, ornamenta ad Silvanum exornandum, conſummata aedes Apollinis, & Tabula Nemeſis, itemque Veſtibulum, in memoriam uxoris optimae, pro qua etiam parentale ſacrificium, eum nonnullis conditionibus, conſtitutum fuiſſe videtur. Aliud profero exemplum amoris, & ſummae liberalitatis M. Anni Celſitani in conjugem ſuam Aemiliam Artemiſiam, in cujus honorem poſt mortem poni juſſit Venerem Auguſtam cum parergo, item phialam argenteam; quibus Aemilius filius tabulam argenteam addidit, & Aemilia Artemiſia Tyra anulum aureum, gemma meliore exornatum, ut legitur in inſcriptione Gruteriana LIX. 2. Tabula Nemeſis, ut arbitror, picta fuit; nam pictis tabulis Templorum parietes decorabantur, ut ait Cicero in Verrem Lib IV. Orat. IX. Nemeſim Graecorum invocarunt Latini, cujus ob id Romae ſimulacrum fuit in Capitolio, ut docet Plinius Lib. XXVIII. c. 2.

Cippus, sive columna in Portu Ostiensi reperta, illinc in Hortos Carpenses translata.



. . . . . P . LVCILIO . . . . .

P . F . P . N . P . PRO

4 NEP . GAMALAE

. . . . AED . SACR VOLK

. . . . EADLI . D . D . ALLECTO

. . . . . RATIS . DECVRIONI

. . . . ONTIFICI . II . VIR . CENSO

RIAE . POT . QVINQVENNAL .

. . . . IN . COMITIS . FACTO CVRA

. . . . . PECVNIAE PVBLICAE . EXIGEN

. . AE ET . ADTRIBVENDAE

. . IN . LVDOS . CVM . ACCEPISSET PVBLIC . .

. . . VCARRI MISTII . DE . SVO . EROGATI

ONEM . FECIT

. . . M . SVA . PECVNIA . VIAM . SILICE STAVIT .

QVAE EST . IVNCTA . FORO . AB . ARCV AD ARCVM .

. . EM . EPVLVM CVM . TRICHLINIS . CCXVII

COLONIS DEDIT

. TEM . PRANDIVM SVA . PECVNIA . COLONIS .

OSTIESIBVS . BIS . DEDIT

. DEM . AEDEM . VOLCANI . SVA . PECV

NIA . RESTITVIT

. . DEM VENERIS SVA PECV

NIA . CONSTITVET

. DEM . AEDEM . FORTVNAE CERERIS . SVA . PECVNIA

CONSTITVIT . . EM

..EM . PONDERA . AD . MACELLVM .
CVM . M . TVRRANIO SVA . PECV
NIA . FECIT .
...AEDEM . SPEI . SVA . PECVNIA .
....TITVIT
..EM . TRIBVNAL IN FORO MAR
MOREVM . FECIT
VIC . STATVA . INAVRATA . D . D
P . P . POSITA EST .
.,EM . AHENEA . D , D . P . P . POSITA
.ROXVME TRIBVNAL . QVAES .
. .EREA CVOD CVM RES . PVBLICA .
.RAIDIA . SVA VENDRIT . OB . POL
.ICITATIONEM . BELLI . NAVALIS .
h CXV CC REIPVBLICAI DONA
..NC FVNERE PVBLICO
....SOC EFFER CEN. ...RVNT

Ex Adverſariis Achillis Statii.

4. Multa in hujus celeberrimae Inſcriptionis fragmentum notari poſſent, ſi longioribus Notis hic locus eſſet; ex quo Coloniae OSTIAE, in ore Tiberis ab Anco Martio conditae, ſplendor, nobilitas, & operum tum ſacrorum, tum publicorum magnificentia quanta fuerit colligitur, itemque quanta dignitas, & liberalitas P. Lucilii Gamalae, Curatoris Aedis ſacrae Vulcani, & Aedilis, qui Decrero Decurionum gratis adlectus eſt in Ordine Decurionum. Fuit quoque Pontifex, Duumvir, Cenſoriae Poteſtatis, Quinquennalis in Comitiis factus, curator pecuniae publicae exigendae, & adtribuendae, qui cum in Ludis pecuniam publicam accepiſſet, de ſuo erogationem fecit, ac pecunia ſua Viam ſilice ſtravit, quae juncta eſt Foro ab arcu ad arcum; item epulum cum trichiliniis CCXVII Colonis dedit, & bis prandium; in cujus honorem merito, decrero Decurionum, ſtatua inaurata, & aenea ei poſita eſt proxume Tribunal Queſturis, quum magna pompa publico funere efferendum cenſuiſſent. Ex eo quoque intelligimus quatuor ſacras Aedes conſtituiſſe in ſplendidiſſima Oſtienſi Colonia, nempe Vulcani, Veneris, Fortunae Cereris, & Spei; & hoc amplius pondera ad Macellum cum M. Turranio ſua pecunia feciſſe, ac tribunal in Foro marmoreum, & ob pollicitationem belli navalis ſeſtertium centum ſupra quindecim, & ulterius ducenta dediſſe; quae omnia nemo non videt quanta eruditionis fruge redundent, ſi explicanda ſint. Ab eodem P. Lucilio Gamala adoptatum auguror Cn. Sentium Lucilium Gamalam Clodianum, qui monumentum fecit Cn. Sentio Felici patri ſuo, ut legitur in Florentinu Cippo, quem vide pag. 308. n. 30. atque, ut ibidem adnotavimus, Oſtiae eruto, anno 1696. Edidit hoc marmor Cl. Donius in Libro *De reſtituenda ſalubrit. Agri Rom.* p. 45. Breviorem verſum puto feciſſe integrum verſum cum antecedenti.

Romae, in Vinea Boſii.



Vidit. & exſcripſit Donius.

5. Exemplo alterius Inſcriptionis Gruteriani Theſauri CCXXXVIII. 12. in tertia linea hujus fragmenti legendum videtur, his ſuppletis, CVLTORES . IMAGINVM . DOMVS. DIVINAE . AVG. i. *Auguſtae*. Coratores anni primi, quinque auguror fuere, oti ex eadem Ara, ſeu Baſi colligo: ſed in hoc fracto marmore quatuor fuiſſe cernimos. Hi erant ſub Magiſtro Larum, ot auctor eſt V. Cl. Gutherios De Officiis Domus Auguſtae Cap. XXIX atque ut veteſti lapides teſtantur, & hie qooque, Liberti eſſe ſolebant. In Monumento, ſive Colnmbario Libertorom, & Servorum Liviae Auguſtae, & Caeſarom, Titolo CXXVII. dedimos Synerotem Tiberii Caeſaris AD . IMAGINEA. In interiore parte Domus Principis, ut & privatorum, locus erat Laribus dicatus, qui Lararium dicebatur, in quo Heroum imagines habebant, & colebant. Data cura ad eas exornandas, vel & ungoenris, coronis, ac floribus complendas, vel ad vaſa ſacrificiorom domeſticorum paranda, quae Cicero enumerat io Oratione IX. in Verrem Lib. IV. qoolibet anno Libertis, qui Curatores dieebantur anni primi, vel ſecundi &c. Praeter hos fuere quoque Magiſtri uti in Gruterianis p. CVII. 1. CLXXIX. 6. CLXXXIX. 4. item MAGISTRI . ANNI . LXXXXII. qui quoddam donarium conſeerarunt Laribus Auguſtis, & Geniis Caeſarum &c. His addo Miniſtros Larum Auguſtorum ſervilis conditionis, ut in Fabrettianis Cap. VI. pag. 465. Curatores, qui in hoc marmote enumerantur Porticom alicoius Templi ſoa pecunia reficiendam euraverunt, itemque ob dedicationem ejus panem, vinom ſportulas dederunt VIIII. Kalendas Octobris, Torquato Aſprenate, L Sergio Paullo Conſolibus. Paullum Laterano ſuffectum Conſulem fuiſſe arbitror, Imperatore Domitiano, com ejus nomen in vulgatis Faſtis non occurrat. Aſprenas, & Lateranus Conſules fuere anno U. C 847. Chriſti 94 Torquatus Aſprenas iterum Conſul foit cum Annio Libone, anno U. C. 881. Chriſti 128. quorum nomina conſignata ſunt io Romana Tabula, a Grutero allata CCCXXXVII. L. Sergii Paolli Conſulis filiam Sergiam Paullinam indico in Romano lapide, in Hortis Alteriis, penes Fabrettum Cap. III. pag. 146. n. 178. in qua etiam Collegium in ejus domo fuiſſe narratur; ex quo locus Taciti illuſtrator Annal. Lib. I. qui ait Cultores Auguſti in modum Collegiorum per domos habitaſſe.

Nono Kalendas Octohres, ut plores lapides teſtaotur, Natalis fuit Caeſaris Auguſti; qui dies, nempe XXIII. Septemhris, ſtatuarum, ararum, & hoſtiarum dedicatione, ludis, epulis, & largitionibus celebrari conſuevit, ot diximos ad Florentinum marmor pag. 316. n. 64 Eo item die immolationes vicliniarum, & facrificia fieri ſolita in Capitolio a Collegio Fratrum Arualium. Ex hoc lapide intelligimus publica item opera eodem die dedicata fuiſſe.

Romae inter Viam Appiam, & Latinam.



6

Dedit Isacus Vossius:

Inter Arcabonium, & Plicum in Hispania, lapis avectus e loco qui dicitur Allerquillas, *illinc dimidia laeva distans.*



7

Ex Benedicto Ramberto.

6. Ex hoc inscriptionis fragmento, quod non paucis confectum maculis edidit Reinesius Cl. II. 84. intelligimus fuisse in Via Appia Isidis Sacellum marmoratum, & aliud Templum, quod heic, mutilato marmore, non indicatur, a P. Scuthiano ejusque filiis, ac Municipibus factum; atque ad illud exornandum expensa sestertium duo millia numum, item parietes incrustatos finitosque fuisse, eorum opera. Additur praeterea, & mensam donatam fuisse, fortassis ab Aelia Pyroclea, si ita ejus nomen restituendum sit. Mensae, quod omnes sciunt, magni pretii ex auro, argento, aere, citro, & marmore Diis dedicari solebant in templis, & apponi in domesticis Lararіis, quae ut ait Cicero in Verrem Or. IX. Lib. IV. vasa sacrificiorum sustinerent. Paucula haec ex eo subiungam: *Iste* [Verres] *mensas Delphicas e marmore, crateras ex aere pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum, ex omnibus aedibus sacris Syracusis abstulit.* In Puteolana, quam exhibet Gruterus XXIX 7. Jovis Custodis facta aede, cum porticibus a solo, mensa, & ara dono data memorantur.

Inte-

Interamnae, in Eccleſia Cathedrali.

8

C. RVSTIVS
AD · AEDEM
MELIORIS
PAVIMENT
H-S

Ex Benedicto Ramberto.

Praeneſte.

9

IAE . SERVEIS . CONSVL . H-S · DDD V · MAG
X . DED · H-S . SA . LERNI . P . S . LEIBER
COERAVIT . II MOTVS POPVLI L . M . S . ANTIO
CHVS . POP . S . LEIBER . COERAVIT · PATRO FV
RI . L . S . FVRI . L . P . C . S . ANTIOCHVS . VTILI
C . A . S . LEIBER . CONSECRAVIT

Ex Libro ant. MS.

9. Rem non ingratam Interamnatium priſcae memoriae me facturum puto, ſi ex hoc marmoris fruſtulo, FORTVNAM MELIOREM, hoc cognomento ab ipſis cultam, non levi coniectura aſſeram. Lucem in huius rei inquiſitionem mihi praebet votivom marmor Spoletinorum, quod dicatum eſt Jovi Optimo Maximo, Fortunaeque MELIORI, & Diis Deabuſque commonibos a M. Gellio Stephano Juniore, cum Stephano Patre ejus; quod legitur in Gruterianis p. 111. 9. Ex hoc igitur liquet a C. Ruſtio magna impenſa, videlicet ſeſtertiorum viginti ſupra mille, factum fuiſſe pavimentom ad aedem FORTVNAE MELIORIS exornandam, quae Interamnae colebatur; quod miſeris opem, & meliora ferre erederetur. Virgilius Aeneid. Lib. XIII. v. 153.

Perge, decet. forſan miſeros meliora ſequentur.

Tragicus de Hippolyto juvene formoſiſſimo:

Raris forma viris (ſuccula proſpice)
Impunita fuit. Te MELIOR DEVS
Totum praeterveat, formaque nobilis
Deformis ſcaii limina tranſeat.

Quo in loco Poetam in votis habuiſſe *Nemeſin* nullos dubito, quam Latini, quum nullam habeant vocem qua Νέμεσιν exprimant, *Invidiam* appellavere; verum Graeeis idem eſt φθόνος, ad quod reſpexit Tragieus, quod *Nemeſis*. Quod vero *Nemeſis* etiam pro Fortuna ſumatur, luce clarius probat vetus ara penes Gruterum LXXXI. 1. DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE dicata; quae interdum hominibus aequa eſt, interdum iniqua. Claudisnus in Epigrammate in ſepulerum Speciosae:

Hic Formoſa jacet Veneris fortita figurem:
Egregiumque decus INVIDIAM *meruit.*

Artifices, qui pavimenta conſtroebant *Pavimentarii* appellabantur, quod vocabulum primum innotuit ex Tabula Muſei Albani, Antii repetta.

Prae-

Praeneſte, in D. Nicolai.

Γ . ΒΑΛΕΡΙΟΣ . ΕΡΜΑΙΣΚΟC . ΕΠΟΙ....
ΣΑΡΑΠΕΙΟΝ . ΔΙΙ . ΗΛΙΩ . ΜΕΓΑΛΩ
ΣΑΡΑΠΙ . ΤΟΙC . ΣΥΝΝΑΟΙΣ . ΘΕΟΙΣ

10

Ex alia parte

DOMVS . C . VALERI . HERMAISCI
TEMPLVM . SERAPIS . SCHOLA
FAVSTINIANA . FECIT . C .
VALERIVS . HERMAISCVS DEDIC . ID .
DEC . BARBARO
ET . REGVLO . COS

Ex libro ant. MS.

10. Id eſt: *C Valerius Hermaiſcus fecit Serapeum Jovi, Soli magno Serapi, Diiſque qui in eodem templo coluntur.*

SCHOLA . FAVSTINIANA. Lege *Scholam Fauſtinianam*. Saepe, M, excidit quadratariis, quod & in lapidibus Auguſteo aevo ſcriptis factum alibi notavimus. Templum Serapis dedicavit Domus, ſeu Familia C. Valerii Hermaiſci; ipſe vero, fortaſſis Aedituus, Scholam Fauſtinianam fecit, Barbaro, & Regulo Conſolibus, anno U. C. 909. Chr. 157. quos in alia item inſcriptione ſuperius adnotatos vidimus, Claſſe I. n 67. Barbarus, ut notat C. V. Noris in Epiſt. Conſular p. 98. L. Aurelii Commodi, Imperatoris Antonini per adoptionem filii avunculos, ab eodem Antonino conſulatu inſignitus fuit. Hi Dii, Iſis, Oſiris, Anubis, Harpocrates, communia eum Serapide ſacrificia habebant, eodemque in templo, atque una eademque ara colebantur; quare non ſolum *σύννεως*, verum etiam *σύμβωμοι* appellantur. Vide Artemidori Oneirocrit. & Fabretti Inſcriptiones pag. 493. & 194. in quibus Serapis eadem cognomina praefert, quae in hoc Praeneſtino marmore legontur; quod quidem inemendatum vulgavit V. C. Joſeph Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, in Praeneſte antiqua Lib. I. Cap. XVI.

Serapidis templum Graece appellabatur ΣΕΡΑΠΕΙΟΝ, *Serapeum*. Eodem modo in Graeca Inſcriptione penes Gruterum p. CCCCV. ΗΡΑΚΛΕΙΟΝ dicitur Templum Herculi ſacrum. Non raro etiam magnifica Deorum Templa, a ſpecioſioribus Deorum cognominibus denominationem accepere; quemadmodum in Gruteriana Tabula CCX. in qua legitur ΚΑΤΑ ΤΑΣ ΟΔΟΥ ΤΑΣ ΠΑΡΑ ΤΟ ΜΕΛΙΚΙΕΙΟΝ. *in Via quae eſt ad Jovis Melichii Templum*. id eſt *Jovis placidi, tranquilli, mitis*. cui Athenienſes non animalium caede, aut ſanguine, ſed frugibus, & thure ſacra faciebant. Scholam Templa habebant, in qua epulae Collegis parari ſolebant. *Fauſtinianam* cognominatam puto a Fauſtina M. Aurelii Antonini uxore.

In Monte Caſini.

11 FABIA. PHILEMAI
BALONIA. PHILEMAI
GRAECINIA MYRINNA
. . . . . GRADVS ET
EPIMEDIA. S. P. F

In altera facie eiuſdem lapidis

ΩPA
KAI
TYHH

Dedit Paulo Manutio Valer. Palaemus in Sch. Vat.

Vaſione ara effoſſa anno 1639.



Dedit Cl. Menestrejus.

11. ΩPA KAI TYXH. Hoc eſt; *Opportunitas, & Fortuna.* PHILEMAI. τὸ I, redundare putu. *Philema*, φίλημα, mulier *labroſa*, quae pinguia habet labra, apud Lucretium Lib. IV. v. 1162. MYRINNA. Furte, MYRRINA. *a myrra.* Eiuſdem numinis mulier inducitur a Plauto in Caſina In lacuna reponcrem TEMPLI; auſpice votivu marmure Muſei Medicei pag. 21. n. XL. in quo legitur Caeleſti Auguſtae Q. Mattium Primum AD AMPLIATIONEM TAMPLI. ET GRADVS donaſſe denarius centum ſupra viginticuinque. In alio marmore apud Gruterum p. c. 8. ſignum Deae Concurdiae reſtitutum legitur, & facta baſis, gradus, & ara.

Quid veru ſignificet haec vox EPIMEDIA, ſi tamen ita ſcriptum in lapide fuerit, adhuc me latet; quamvis multam adhibuerim diligentiam, ut aliud ſimile exemplum in vetuſtis ſaxis invenirem; quare viris doctis explicandam relinquo.

22. L. Aponius Chryſomallus hanc aram, ni me fallit animus, Deo Invicto Mithrae dedicavit, gratiarum agendarum cauſa, quud ejus ſacris initiatus fuiſſet: quare ob hujuſmudi initiationea, vutivas aras, ſigna, & donaria conſecrare conſueviſſe eidem Numini devotus intelligimus Nam qui Mithrae ſe ſe emancipare vulebant, antequam myſteriorum initia ſuſciperent, per varios gradus tormentorum, & cruciatuum probabantur, ut ſe ſanctos, & perturbationum immunes eſſe monſtrarent; quos cruciatus octuginta fuiſſe clari iu primis auctorea docent; quurum teſtimonia affert Cl. V. Philippus a Turre in Diſſertatiune, exquiſitae eruditionis fruge referta, De Mithra Cap. V. Mithriaca Sacra ab Etruſcis quoque celebrata fuiſſe, ut & Bacchi Orgia, ex Etruſcis anaglyphis obſervavit Vir praeſtantiſſimus Philippus Senator Bonarrotius in Monumenta Dempſteriano Operi addita, § XXIV. Hi GRADVS probationum PERSICI dicebantur, huius lapidis auctoritate; nam a Perſis ad Romanos Mithriaca Sacra manarunt. Vide etiam Cl. V. Bernardum Montfauconium in Diario Italico Cap. XIV. Quinque vero fuere gradus, per quus, ut affirmat Theon Smyrnaeus, Myſtae ad Sacrorum poſſeſſionem aſcenderunt, & quinque partes, quibus Cereri homines initiabantur, quas enumerat, & explicat diſertiſſimus Benedictus Averanius in Anthologiam Diſſert. XL. n. 12. Per varios gradus adminiſtratiunum item Virgines Veſtales proceſſiſſe, antequam ad dignitatem Virginis Veſtalis Maximae pervenirent, ubſervu in Gruteriana ara pag. CCCXI. 2. in qua eorumdem graduum fit mentio. Veteres exiſtimabant initiatos nihil a Diis petere, quod nun conſequerentur; & puſt mortem honuratiorem locum apud Inferus ubtinere.

Reata

Reate.

13

IMP . CAES . DIVI . TRAIANI • PARTHICI . *Dacici* • *Germanici F.*
DIVI . NERVAE . NEPOTI . TRAIANO HADRIANO • *Aug. Pont. Max. Tr. Pot.*
COS • II • IMP • II • PAT • PAT • CONSERVATORI • *orbis terrarum*
L . ANNIVS . PRAESTANTIVS • AEDEM • PAVIM*entum*
SIGN • TABVL • AEN *eam ſua pecunia dedicavit*

Ex Schedis Manutianis Bibliotheæ Vaticanæ.

In Agro Atinate, in Aede B. Mariae Montis Attici,

14

. . . . . • NVMISIAE . L • F • PRISCAE
LIBERI : AEDEM . A • FVNDAMENTIS
FFCIT • CIC • CVM DEANE POSVITQ

Ex Lib. MS. P. Areſii Epiſcopi Dertonenſis.

13. Eximium hoc monumentum, quod ſupplevi, in honorem Imperatoris Caeſaris Hadriani Auguſti poſuit L. Annius Praeſtantius, cum eidem in Republica Reatinorum aedem conſtituiſſet, pavimento, ſigno, ac tabula aenea inſignem, in qua fortaſſis eiuſdem Imperatoris virtutes, & geſta caelata fuerunt. Fuit enim Hadrianus optimus Prineeps, ingenio, prudentia, liberalitate praeſtantiſſimus, humanitate, ſtudio, atque amore in Romanam Rempublicam, & in omnes Italiae provincias incomparabilis; qui teſte Panvinio, viginti duos auri miliones cum dimidio civibus Romanis remiſit, ſyngraphis in Foro Trajani combuſtis. Senatus conſulto *Locupletator*, ac *Reſtitutor Orbis* appellatus eſt, ut dicent euſa Numiſmata; atque ut ex hoc fracto marmore erui poteſt. CONSERVATOR ORBIS TERRARVM, ſi ita ſupplendum ſit. vel, CONSERVATOR RSIP. REATINORVM. In numo apud Oceonem IVPITER CVSTOS appellatur. Secundum inire conſulatum eum Salinatore, anno U. C. 871. Chr. 118. Numen ſuum Reatina urbs videtur ſumſiſſe a Rhea Dea, ideſt Cybele; cui etiam dicatam fuiſſe oſtendit Silius lib. IIX. in illo verſu:

——— *Magnaeque Reate dicatum*
Caelicolum matri ———

In medio fere Italiae ſita eſt; ideoque M. Varro, & Solinus Cap. VII. in agro Reatino umbilicum habere Italiam dixerunt; in qua ſententia videtur Virgilius fuiſſe Aencid. Lib. VII. v. 562. cuius admiranda proſecutus eſt doctiſſimus Aldus Manutius de Quaeſitis per Epiſt. Lib. 2. n. 1. de Reatina Urbe, agro, Sabinaque Gente diſſerens.

14 DEANE. Hoc eſt DIANAE. Diana, quaſi *Θηκνὰ*.

In pavimento Aedis S. Agathae, in Colle Quirinali. *Romae.*

15
.....AV.....DI.....DEC
M · AVRE::IVS · ANTONINVS
I FEX · MAX · TRIBVNIC · POTE
AEDEM

16
AELIVS · AVXENTIVS
V · C · DEDICAVIT

Donius excripſit, & vidit. Ex Sch. Bibl. Vaticanae.

Prope Reate, in Aede S. Petri Collis Roſcii.

17
M · M · LARTIENI ☌ SABINI PATER
ET · FILIVS QVINQVENNALES AQVAM
IN FANVM SVA IMPENSA PERDVXERV
NT · SALIENTES QVADRIFARIA SVO
LOCO RESTITVERVNT CANALES VETVS
TATE CORRVPTOS · ET DISSIPATOS RESTI
TVERVNT FISTVLAS OMNES · ET SIGILLA
AHENEA POSVERVNT · TECTA REFECE
RVNT OMNIA SVA IMPENSA FECERVNT

Vidit, & exſcripſit Cl. V. Naudaeus.

17. Quinqueonales, ut ſaepius diximus cum Reineſio, veterum lapidum auctoritate, non ludorum tantum, verum etiam ſacrorum coram egere. Idem munus quum M. Lartieno Sabino patri, ejuſdemque nominis ejus filio ad Decurionibus Coloniae Reatinorum demandatum eſſet, aquam in Fanum Reatinum ſua impenſa perduxerunt; ſalientes quadrifariam, hoc eſt quatuor in locis, ſive partibus reſtitueront, itemque omnibus tectis ſua impenſa factis, canales vetuſtate corruptos, & diſſipatos, qui ſcilicet aquam continere non porerant, reſtituerunt, ac fiſtulas omnes, & ſigilla ahenea poſuerunt. Sigillorum nullam fieri mentionem animadverti apud Frontinum de Aquaeductibus Urbis Romae. Sed in hoc lapide nil eſt quod ſpectet ad aqueductum, ut me meus fallit animus. Quamobrem puto heic indicari inſtauratam exornatamque a Lartienis machinam ſonoram hydraulicam, quae Reatino Fano tum decori, tum utilitati eſſet; vel aliquod Horologium; in quo deſcribendo Vitruvius ſigilla in id opus adhibita fuiſſe docet Lib. IX. Cap. 9. quod opere pretium facies, ſi conſulere voleris. Eadem quoque enumerat cum Ctefibicam machinam, quae altiſſime extollit aquam, deſcribit, Lib. X. Cap. 12. hoc modo. *Nec tamen haec ſola artis Ctefibii fertur exquiſita, ſed etiam plures, & variis generibus aliae, quae ab eo liquore preſſionibus coactae, ſpiritu efferre a natura mutatae effectus oſtendantur: uti merularum, quae motu voces edunt, atque angibata, quae bibentis tandem movent* SIGILLA, *ceteraque quae delectationibus colorum, & aurium ſenſus oblandiuntur: e quibus quae maxime utilia, & neceſſaria indicavi, ſelegi, & priore volumine de Horologiis, in hoc de expreſſionibus aquae dicendum putavi.* In allata Vitruvii verba haec notat Philander, quae locum huic lapidi non modicam afferunt. *Merulae, & angibata de genere ſunt hydraularum, quorum illic quidem reddebantur voces humanarum imitatrices, & cantus avium effictrices: his autem movebantur iuncalae (libenter enim autor verbo Suetonii) tamquam viverent. Noſtro tempore non ſpiritu vi aquae concepto, ut illa, ſed fidiculis, & nervis occultis* SIGILLA *videntur ambulare, & humana omnia praeter ſermonem repraeſentare. Eas imaguncalas Graeci* νευρόσπαστα *vocant.* Verum apud nos in Regia Villa Magni Ducis Etruriae, quae *Protolinum* appellatur, in ſpecu ſubterraneo, aquarum impoſſo, Deorum ahenea ſigilla non ſolum ſe movent, verum etiam canunt, & hydraulica organa reſonant, accinentibus hinc inde aviculis. Ex Angelotto in Hiſtoria Reatina, Fabrettus vetuſtum lapidem edidit, in quo ſit mentio C. Ruſticelii Felicis Afri SIGILLARIARII, qui ſigilla, ſcilicet imagunculas Deorum conficiebat. Depravate exſcriptam edidit Gruterus hanc Inſcriptionem p. MXX. 10.

Digitized by Google

Praeneſte, in arte lapidea longit. palm. X. inventa in horto Joannis Petri Aloyſii, anno MDCXLVI.

L . VRVINIO . L . L . PHILOMVSO
MAG . CONLIB . LIBERT .
18 PVBLICAE SEPVLTVRAE ET STATVAE
IN FORO LOCVS DATVS EST QVOD IN
TESTAMENTO SVO LAVATIONEM POPVLO
GRATIS PER TRIENNIVM GLADIATORVMQ
PARIA X . ET FORTVNAE PRIMIGENIAE CORONAM
AVREAM P . I . DARI IDEMQVE LVDOS EX
H-S . CCIↃↃ PER DIES V . . FIERI IVSSIT
PHILIPPVS L. MONVMENTVM DE SVO FECIT

Dedit Cl. Joſeph M. Suarefius Epiſc. Vaſionenſis

18. Urvinia Gens cognita ex aliis antiquis ſaxis apud Gruterum DCCCXLII. 7. & apud Sponium in Miſcell. pag. 185. MAG. CONLIB. LIBERT. Fortaſſis, *Magiſtro Conliberto-rum, Libertorumque*. Servorum Magiſtri fit mentio in Titulo XXXVIII. Columbarii, quod nuper edidi. Hic L. Urvinius Philomuſus, licet ſervilis conditionis, adeo a ſplendi-diſſimo Ordine Praeneſtinorum honoratus eſt, ut ei publicae ſepulturae, & ſtatuae in foro ponendae loeus datus fuerit, ob eximia ejus merita; quod in teſtamento ſuo la-vationem populo gratuitam per triennium, itemque ξεύγη μονομάχων, gladiatorum paria deeem, & Fortunae Primigeniae πρωτογόνῳ (ideſt *Natali*, quam unumquemque hominum in ſuo ortu ſortiri credebant veteres, quaeque Praeneſte ara, & templo per-celebri magna frequentia colebatur) coronam auream dari juſſerit, P . I. ut explican-dum puto, *pondo librae*, Livii auctoritate, qui Lib. IV. a Dictatore coronam auream pondo librae, ex publica pecunia, populi juſſu, in Capitolio Jovi donum poſitam fu-iſſe narrat. Coronae tum aureae, tum argenteae ſaepe memorantur inter donaria Deo-rum in vetuſtis lapidibus, atque interdum tam magno numero, ut vix fidei loeus eſſe poſſit. Fortunae Primigeniae Praeneſtinorum coronae centum dedieatae leguntur in alio marmore Praeneſte, in Palatio Epiſcopi, quod adnotavit Tomaſinus de Donariis Cap. XX. Praeterea L. Urvinius Philomuſus ex ſeſtertiis deeem millibus ludos in ho-norem ejuſdem Deae per plures dies fieri juſſit.

Gratuita lavatione nil profecto jucundius, gratius nihil aecidere populo poterat, qua quotidie utebantur non ſolum valetudinis gratia, verum etiam ad luxum, tum ante rem ſacram, tum ante cenam, vel poſt gymnicos ludos. Feminis quoque muliebria balnea, uti viris virilia publice conſtituta leguntur in eleganti lapide apud Fabrettum pag. 242. u. 656. Item viris, & impuberibus utriuſque ſexus, ut gratis lavarentur, la-vatio in Bononienſi Balineo gratuita conſtituta memoratur a T. Aviaſio Servando, no-mine C. Aviaſii Senecae filii ſui. Vide Marmora Felſinea Sect. III Cap. 4. & Grute-rum CLXXX. 7. CLXXXI. 1. 2. CCCCXLIV. 8. Balneum pariter gratuitum Arelate reſtitu-tum, imperante Antonino Auguſto, habes apud Sponium in Miſcell. pag. 165.

Romae

Romae, in Palatio Barberinorum.

19 EST. MEMBRORVM. DVOR. PERTI
NERE. DEBERET. APVT. LIBEROS
EORVM. AQVAM. VTI. DE. TABER
NA. ET. ITVM. AMBITVM. VTI
sic PRESTETVR. EIS

Vidit Donius.

Elisi, nunc (Elche) *in Regno Valentino, in area Coenobii B. M. de Mercede.*

20 AVGVSTO. DIVI. F.
DECIVS. CELER
DEDICAVIT

Ex Hist. Valentina Gasparis Escolani.

Mevaniae lapis nuper effossus.

21 SILVIVS CASTVS. VELIVS. T. L. HILEROS. L. CAR
PELLANVS C. L. FAVSTVS. LARTIVS L. SALVI
V S C. COMINIVS ET LVCIVS PYLADES VIAM
TRIVMPHALEM STRAVERVNT LAPIDE
HISPELLATE

Dedit Donio Naudaeus.

21. LAPIDE HISPELLATE. Hispellum, ut diximus, olim urbs, nunc Umbriae oppidum. In Umbriae lapidicinis fuisse memorat Plinius Lib. XXXVI. Cap. 22. album lapidem, qui dentata serra secabatur, in opere tractabilem laborisque tolerantem, subsecto dumtaxat; aspergine vero, & gelu, ac pruina rumpi in testas, nec contra humores, & auram maris robustum esse. Ex hac vero Inscriptione perspicuum est Hispelli lapidicinas fuisse lapidis robusti, ac duri, gelu pruinarum, imbriumque patientis, quo via triumphalis strata est. Ita in Graeca inscriptione allata a Gualterio inter Siciliae Tabulas, Thermis Himeraeorum in Pronao Ecclesiae majoris, legimus ΤΑΣ ΠΛΑΤΕΙΑΣ ΤΑΝ .... ΠΟΤΟΥ ΛΙΤΟΥ ΘΗΓΑΝΕΙΤΑ *plateas .... ex lapide Theganite* stratas. Ab eodem Municipio, & Colonia Romanorum, ab Julio deducta, nomen accepit *Hispellatis* familia, quae in Neapolitano marmore nominatur apud Aldum Manutium, in Orthographia pag. 626.

In

In fronte Aedis S. Angeli, prope Pontem S. Joannis, Agri Perusini.



. . . . . A . M . VERGINII
. . . . . CVLIS . AD VETEREM
22 . . . . . IENTE IN FORO FECIT DE
. . . CCCIↃↃ . VIII VIR ARBITRATV
STERNENDVM CVRAVIT
. . T . INCOLAE IN STATVAM H-S CCIↃↃ
CCIↃↃ IↃↃ
. . COMITIO PONENDAM CENSVERE
. . . . . ICA EST ELATVS
. . . EQVITES ROMANI EVM AD ROGVM
. . . . ARITVS ET IN COMITIO STATVAM
. . . . . IT

Ex Fel. Ciatti Antiquit. Perusinis.

Romae, ante januam Domus Alex. Crescentii juxta D. Marci.

23 OPVS . BRYAXIDIS

Ex Libro MS. Vaticanae.

Aquilejae, ad januam Turris horariae, Ecclesiae primoriae.

24 AMICIS LIBERALIBVS

Ex Inscr. Bened. Ramberti.

22. . . , . . ICA EST ELATVS. Supple LECTICA. Ditiores lectica efferebantur ad sepulcrum. Pomponius Atticus, teste Cornelio Nepote, in ejus vita, *elatus est in lecticula, ut ipse praescripserat sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxime vulgi frequentia.* Vide Kirchmannum de Funeribus Romanorum. Scitu jucundum est filios, qui una decessissent, uno lecto apud veteres elatos fuisse, uti observo in quodam Romano lapide apud Fabrettum pag. 702. n. 236. Item illustres viros, ac de Republica meritos communibus lacrymis ad rogum ductos, statuas quoque iisdem dicatas ad vivacem recordationem, ut apud Sponium in Miscellan. pag. 180 & 186. vel pedestres, auro superfusas, aut aheneas, aut equestres, & clypeos argenteos donatos, uti apud eumdem Fabrettum pag. 463. n. 92. Hunc Virginium ab equitibus ad rogum deductum fuisse, ac statua tum in Foro, tum in Comitio posita honoratum fuisse ex hoc lapidis fragmento constat.

23. Bryaxidis, nobilis statuarii, meminit Pausanias Lib. 1. Cap. 40. qui apud Megareoses Aesculapii, & Hygiae signa fecit.

24. Liberalitas valde in amicis laudatur. *Hominem amicum amico decet opitularier*; ut apud Plautum in Corc. 2. 3. v. 53. In veteri lapide Romae subterraneae, quem affert Fabrettus pag. 182. n. 391. Aurelius Theodulus commendatur, quod fuerit PER OMNIA LAVTVS INTER AMICOS.

Circese

Cireſae, in Hiſpania in Aede D. Petri.

IVSSV . DOMINI . ET . PRINCIPIS . NOSTRI
25 MAGNI . MAXIMI . VICTOR.....
SEMPER AVGVSTI
ANTONIVS . MAXIMINVS .....
NOVA . PROVINCIAE . MA.....
PRIMVS . CONSVLARIS . ET.....
PRAESES . VIAM . AB.....
RVPIBVS . FAMOSAM.....
CON.....A. NAVISSO....OPAC...
PERDOMITO . AVERSO.....
INVNDATIONES . O.....

Deſcripſit Hieronymus Surita.

Prope Tibur.

VIAM . AVGVSTAM • A . PORTA . CIMINA • VSQVE . AD
26 ANNIAM . ET. VIAM • SACRAM . A . CALCIDIACO • AD
LVCVM. IVNONIS • CVRITIS. VETVSTATE. CONSVMPTAS
NOVO • RESTITVERVNT • EX C . DVO PVBLII
NIGRINI . MARTIALIS • PATER . ET • DEXTER . FILIVS
OB . HONORES • ET . IMMVNITATES . OMNIS IN SE CONSTITVTAS

Ex Collectaneis Benedicti Ramberti.

26 IVNONIS. CVRITIS. Legendum CVRETIS. quae eadem eſt ac Magna Deum mater Cybeles, quam Curetes, a quibus denominata eſt, ſeu Corybantes Phrygiae populi coluere. Primom hoc Junonis cognomen occurrit in vetuſtis lapidibus NOVO. Fortaſſis DE NOVO. De honoribus, & immunitatibus ab Imperatoribus collatis dixi ad Columbarium ſive Monumentum Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae ad Titulum I.

Caerete

Caere.



27

Ex Schedis Biblioth. Vaticanae.

27. Singularia ita expono. *L. Paullus Lucii Filius Claſtumina*. ſeu *Clavia*, ſeu *Clu-entia Tribu*, *Atticus Praefectus Fabrum Caeretanorum*, *Corporis Robuſtariorum*, *Corporis Fer-rariorum poſuit ſtatuam ex aere pro immunitate eorumdem Corporum ſua pecunia decreto Decu-rionum*. Corpus Robuſtariorum ſimile Corpori Dendrophorùm fuiſſe puto; ita deno-minatum ab ipſa materia ex robore quam tractabant, quae a Varrone Lib. I. de re Ruſt. *robuſtea materies* dicitur; & a Vitruvio Lib. III. Cap 5. & Lib. V. Cap. 12. *ro-buſtei* pali memorantur, videlicet ex robore facti. Ita quoque Puteolana Tabula penes Gruterum p. CCVII. vocat LIMEN ROBVSTVM. ANTAS. MVTVLOS ROBVSTOS ET CRASSOS. Aliam aram huic ſimilem, vel fortaſſis eamdem quatuor ultimis verſibus mutilam, & corruptam edidit Gruterus 9. CCXXXV.

Tabula marmorea fracta, muro recenti inserta in Thermis Diocletianis.

28
IMIANVS . INVICTI
MPP . ET . CAES . ET
NVS . INVICTI . AVGG. ET
BILISSIMI . CAESARES
CLETIANAS . QVAS
S . EX . AFRICA . SVE
DISPOSVIT . AC
AVG . FRATRIS SVI
MPTIS . AEDIFICIIS
)INE . OMNI . CVLTV
DEDICAVERVNT

Ex Schedis Paſchalini.

In Monte Sarzene in Pariete Aedis S. Angeli.

29
L.SCRIBONIVS.L.F.LIBO.PATER
L.SCRIBONIVS. L.F. LIBO.FIL.
PATRONEI TVRREIS EX. D.D
. . . . , ... F.C.

Deſcripſit Joh. Petr. Stephanonius.

Interamnae in fragmento marmorei epiſtylii, ruti ex parietinis Aedis S. Valentini, literis cubitalibus.

30 ::::RVFVS.T.ALB::::
:::SOLO. EMPTO. ET. PVBLICAT:::

Dedit Com. Gabriel Caſtellius.

Novariae in Templo S. Gaudentii.

31
C VALERIVS C F CLAVD PANSA FLAMEN
DIVORVM VESPASIANI TRAIANI HADRIANI P P BIS
TRIB COH VIIII PR PROC AVG PROVINC BRITANNIAE
BALINEVM QVOD VI CONSVMPTVM FVERAT AMPLIATIS SOLO
ET OPERIBVS INTRA BIENNIVM PECVNIA SVA RESTITVIT ET DEDICAVIT
IN QVOD OPVS LEGATA QVOQVE REIP TESTAMENTO ALBVCIAE CANDIDAE
VXORIS SVE H-S CC CONSENSV ORDINIS AMPLIVS EROGAVIT

Ex Pauli Gallereti antiquit. Novar.

Raguſii

Ragusii, in domo Marini Bondulae, juxta Cisternam quamdam.

32
P . VIBIVS . P . F . VRBICV
P . ANVLENVS . BASSVS
II . VIR . I . D .
CISTERNAM EX.P.P. REFICIEN
DAM . CVRAVERVNT

Ex libro MS. Bibl. Vatic. n. 5241.

33
. . C . T . TAMVDII
GEMELLVS . ALBANVS
AQVAM . P . S

Ex Schedis Bibl. Var.

Aſtigi.

34
. . . . . IVS . M . F . PVP . LONGINVS
. . . . . II . BIS . PRAEF . . . LACVS
X . . . . . CVM . AERAMENTIS . DEDIT
. . . . . .

Ex Inſcr. Benedicti Rambertí.

Interamnae in fronte Theatri, cujus veſtigia ſuperſunt in Aedibus Roſciorum.

35
C . DEXIVS . L . F . MAXIMVS . AED . CVR . PORTICVM . THEATRI
CRYPTAM PERFICIENDA . CVRAVIT . QVOI . IN . OPERIBVS
PVBLICEIS . QVAE . SS . EX . S . C . INSCRIPTIO . DATA . EST
T . ALBIVS . C . F . PANSA . IIIL . VIR . I . D . PONT . C . ALBIVS . T . F PANSA FILIVS . IIIL VIR . AVG
OPVS . THEATRI . PERFECIT . IN . MVLIERIBVS . AERAMENTIS . ADORNAVER .

Dedit Hieronymus Aleander.

35. AERAMENTA. Opera ex aere facta, quorum meminit Plinius Lib. XV. Cap 18. IN . MVLIERIBVS. Aliter in lapide ſcriptum fuiſſe puto. Suppletum minor bus literis, quaſi hiatus hodie ſit in medio ejuſdem marmoris, edidit Fabrettus Cap IX. n. 160. ex Schedis Barberinis. In fine quarti verſus omiſit AVG. quae nota T. Album Panſam Titi Filium Quator Virum Auguſtalem fuiſſe deſignat. Vide quae adnotavimus ad Faeſulanum lapidem in Parte II. Inſcripr. Antiq. Urbium Etruriae pag. 90. Irem in quarta linea PANSA . FILIVS. valde dubito an marmor habeat FILIVS; nam redundare videtur. Pro IN MVLIERIBVS. fortaſſis INTERAMNATES. quod indicat plurale quod ſequitur, ADORNAVER.

Novigradi in Delmatia apud D. Martini.

36

FINES . INTER . NEDITAS , ET . CORINIENSES
DERECTVS . MENSVRIS . ACTVS . IVSSV
MECENI . GEMINI . LEG . PER . ARESIVM
MAXIMVM . 7 . LEGIONIS . XI . PRINCIPEM
POSTERIOREM COH . I . ET . PER . D . AEBVTIVM
LIBERALEM . 7 . EIVSDEM . LEG . ASTATVM sic

I

M . OPPIO M . F . VEL
SECVNDIONI
EQVO . PVBLICO
PROPR . PROV . GALL .
CVRAT . MVNICIP . NVMANAT .
DECVR . EIVSDEM . MVNIC .
PATRONO . COLON . AESIS
CVRAT . R . P . ATTIDAT . CVRAT
CASVENTIN . AD AGR . DIVIDEN
DAT . AB . IMP . CAES . ANTONIN
AVG . P . COR . AVREA HASTA . PVR
PLEBS . COLON . AES
OB . MERITA . EIVS . IN . C . D . C . D
L . D . D . D

Ex Schedis Manutianis Bibliothecae Vatic.

1. Oppiorum, Hadriano, & Antonino Imperatoribus, apud Auximates magnum, & illuſtre nomen fuit; quos in Patronos adſciverunt, ut oſtendunt vetuſti lapides in Gruteri Theſauro CCCCXLV. 9. 10. CCCCXLVI. 1. 2. 4. qui omnes in Velina Tribu cenſentur; quare hinc fortaſſis a Cicerone in epiſtola 13. Lib. VII. & 4. Lib. X. ad Attieum, *ex Velia, de Velia*, & *Velinenſes* Oppii dicuntur. M. Oppii Capitonis filium hunc fuiſſe puto, qui in praedictis Gruteri inſcriptionibus laudatur, & ipſe Patronus Coloniae Aeſis, & Municipii Numanatium. Num patroeinii teſſera liberos poſteroſque ſaepiſſime complectebatur. *Numana* pervetuſtum, & nobile oppidum in Piceno, a Siculis conditum fuit, ut tradit Plinius Lib. III Cap. 13. ATTIDAT. lege ATTIDIAT. h. e. *Attidiatium*, quorum nulla habetur mentio in Gruterianis. De his Pliuius Lib. III. Cap. 14. a quo *Attidiates* appellantur, Umbriae populi, inter mare Hadriaticum, & Apenninum. V. Cluverium Ital. Ant. Lib II. Cap. 6 *Caſuentium* vero, unde CASVENTINI, qui in hoc lapide memorantur, Umbriae celebris Colonia, muro ducta, teſte Frontino, agro ejus lege triumvirali adſignato.

Fragmentum Magiſtratuum Romanorum, Romae in aedibus Jex in locis aliter editum a Grutero



Ex Schedis autographis Petri Victorii.

2. Loca indicabo quae apud Gruterum variant ab autographo Petri Victorii. In fine 4. lineae M. AEMILIVS. M. F Q. Gruterus habet. Scriptum puto in marmorea tabula M. AEMILIVS M. F. ut inferius linea 11. legitur. In 8. habet Q. LEPIDVS. Q. F. Victorius vero Q. PEDIVS Q. P. In 10. linea haec apud Victorium deſiderantur; IMP. CAESAR. III. VIR. R. P. C. quae in Gruteriano lapide leguntur. In linea 16. Gruterus exſcripſit P. CANIDIVS. P. F. Victorius, P. CASSIDIVS. P. F. In altera linea 7. poſuit M. VINVCIVS. P. F. At Victorius M. VINICIVS. P. F. ut habent alii lapides, & apud eundem Gruterum pag. MLXXVII. 1. namque hic ille eſt M. Vinicius vir conſularis, cui Velleius Paterculus hiſtoriam ſuam inſcripſit, quem etiam Tacitus laudat.

Colotianis, ad aquam Virginem, pag. CCXCVIII. I.



Romae, fragmentum Faſtorum Capitolinorum:



l. 4. M. EQ
l. 6. SVF Q. PEDIVS. omiſ. Gr. CCXCVIII. I.
l. 7. M. MINVCIVS
l. 4. Q. LEPIDVS
l. 10. IMP. CAESAR. III. VIR. R. P
l. ult. P. CANIDIVS

Ex Schedis autographis Petri Victorii.

Fragmentum Magiſtratuum, ex Appiano deſumptum a Grutero pag. ccxc. n. 2. quod cum variis in locis differat, & aliquos verſus ab eodem Appiano, & Grutero omiſſos ſuppleat, ut conferentibus conſtabit, libenter hoc ſubſicio ex MS. Fr. Johannis Jucundi Veronenſis.

. . . . . .

P. PECINIVS P. PVBLILIVS AED.

4 L. SEMPRONIVS L. SCRIBONIVS

K. IVL. PAVL. AEMILIVS

C. MEMMIVS

K. NOVEM. M. HERENNIVS

BELLVM ILLVRICVM.

EX. K. IVL. AD. K. IVL.

Q. LARCIVS C. RVMEIVS. II VIR

M. MEMMIVS L. ANNAEVS AED

C. ANNIVS SEX. VETTIVS. AED

EX. K. IVL. AD. K. IVL

L. SCRVTARIVS M. CALPVRNIVS Q.

IMP. CAESAR. III M. VALERIVS

K. MAI T. TITIVS

K. OCT CN. POMPEIVS

BELLVM ACTI.

EX. K. FEBR. AD K. IVL

SEX. TITIVS L. GEMINIVS. II. VIR

HOC ANNO QVAESTORES CREATI

EX. K. IVL. AD K. IVL.

G. SVLPICIVS C. SALVIVS BVBVLCVS. Q.

IMP. CAESAR II. L. VOLCATIVS

K. IANVAR P. AVTRONIVS

K. MAI L. FLAVIVS

C. FONTEIVS

K. IVL. M. ACILIVS

K. SEPTEMBR. L. VINVCIVS

K. OCT. L. LARONIVS

EX K. IVL.	AD K. IVL.
C. AEMILIVS	C. PONTIENVS. II VIR
C. VALERIVS	C. TVRPILIVS AED.
L. LIVIVS. LIGVS	L. CORNELIVS Q.
C. DOMITIVS	C. SOSIVS
K. IVL.	L. CORNELIVS
K. NOV.	M. VALERIVS
EX K. IVL. AD KAL. SEPT. PRAEFECTI	
T. LICINIVS	L. CORNELIVS
EX K. IVL.	AD K. FEBR
P. SEXTIVS	Q. LVCCEIVS AED
EX K. IVL.	AD K. IAN.
L. SCVTARIVS	T. SEPVNIVS. II VIR
T. ANTONIVS	M. VALERIVS MESS. AED.
L. ANNIVS	C. VALERIVS Q.
IMP. CAESAR IIII	M. LICINIVS
K. IVL.	C. ANTISTIVS

BELLVM ALEXANDREAE

EID. SEPT.	M. TVLLIVS
K. NOV.	L. SAENIVS
EX K. IAN.	AD K. IAN.
L. CORNELIVS	Q. VETTIVS II VIR
C. CASSIVS	C. GEMINIVS NIGER Q.
IMP. CAESAR V.	SEX. APPVLEIVS
L. OPPIVS	L. LIVIVS II VIR Q.
M. NARIVS	C. MESTRIVS AED.
Q. PLESTINVS	SEX. FADIVS. Q.
IMP. CAESAR VI	M. AGRIPPA II
IDEM CENSORIA POTEST. LVSTRVM FECER.	
EX K. IAN.	AD K. IVL.
L. GAVIVS	C. GEMINIVS NIG. II VIR
Q. CENTRONIVS	C. CLODIVS AED.

Ex MS. Fr. Jucundi penes Ant. Fr. Equitem Marmium Flor.

Comi, ad D. Abundii.

5
L. CALPVRNIVS. L. F. OVF.
FABATVS
VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M
PRAEF. PRAET. TRIB. M. LEG. XXI
RAPAC. PRAEF. COHORTIS. VII. LVSITAN
ET. NATION. GETVLIC. ARSEN
QVAE. SVNT. IN. NVMIDIA
FLAM. DIVI. AVG. PATRONO. MVNIC
T. F. I

Ex Schedis Manutianis Bibliothecae Vaticanae.

Romae, in Coenobio Sacrarum Virginum S. Salvatoris.

6
Q. OVIO. C. F. TER
SCAEVOLAE. Q
AED. II. VIR
TESTAM ENTO

Ex iisdem Schedis.

In pavimento Aedis D. Martini, erutâ in Agro Caesano.

7
EX TESTAMENTO
C. ALENIO. L. F. CLV
CAPITONI. IIII
VIRO

Ex iisdem Schedis.

5. Dignitates, & officia, quae gesserit L. Cornelius Fabatus, patriâ Comensis, eiusdemque Coloniae Patronus, declarantur in hoc lapide, qui positus fuisse videtur Comi ad indicandum aliquod opus, sive aedificium, quod ipse testamento fieri iusserat. Constat enim ex Plinii Secundi epistola 12. V. Libri, Fabatum ejusdem Plinii Prosocerum in patriam suam fuisse liberalissimum, & munificentissimum, quem magnopere commendat. Sed Plinii verba libet afferre: *Accepi literas tuas, ex quibus cognovi speciosissimam te* PORTICVM *sub tuo filiique tui nomine dedicasse; sequenti die tu* PORTARVM *ornatum pecuniam promisisse, ut initium novae liberalitatis esset consummatio prioris. Gaudeo primum tua gloria, cujus ad me pars aliqua pro necessitudine nostra redundat. Deinde memoriam soceri mei pulcherrimis operibus video proferri. Postremo, quod patria nostra floruerit, quam mihi a quocumque excolı iucundum, a te vero laetissimum est . . . . . Liquet mihi futurum, ut peracto quod proxime promisisti, libeat aliud.* Plures alias epistolas scribit Plinius L. Cornelio Fabato Prosocero suo, cujus neputem, scilicet ejus filii filiam, Calpurniam Hispullam, lectissimam feminam, duxerat; quam item laudat Libro VI. Epist. 19. Octavus versus hujus lapidis valde corruptus legitur apud Gruterum CCCLXXXII. 6. nempe EX. PATRIMONIO. PRO PATRONO. MVNIC. hoc est; *Patrono Municipii* Comensis. Minus accurate superius edita Cl. IV. n. 27. heic rursum prodit. *Lapis*

Lapis in quinque partes diffractus, repertus juxta D. Sabbae Aedem, in Aventino,

8

SEX. AVRELIO. TERENTIANO. V. C.
IIII VIR . LAVINATIVM . IIII VIR
COLON . PVTEOL . PATRONO . NOLAN .
PRAEF. FABR. TRIB. LEG. VII · AVG. TRIB.
LEG. XI. CL. P. F. CANDIDATO . ANTON
AVG. PII. TRIB. LATICLAVIO. FLAM. DIVI
NERV . TRAIAN . XVIR . STLITIB . IVDIC
CVRAT. GRAVISCANORVM. ET. INTE.
RAMNATIVM . NARTIVM
OPTIMO . PATRONO
VOLSINIENSES

Ex Schedis Bibliothecae Vaticanae.

Romae, in Vinea Podii.

9

DIIS . MANIBVS
SACRVM
D. VALERIVS . VOLFER
NIANVS . EQ. V . PVBL
QVI . VIX. ANN. XXXII
D · VALERIVS. PASTOR
EQ. PVBL. HERES
TITVLVM . FECIT

Ex iisdem Schedis.

In Cumarum ruinis.

10

S. P. Q. NEAPOLITANVS
D. D. L. ARRVNTIO. L. F
GAL . BAEBIO CENSORI
REIPVB. NEAP

Deſcripſit Stephanonius.

8. TRIB. LATICLAVIO. Diſcrimen fuiſſe inter Tribunos militum confirmat hoc marmor; ut ſcilicet alii dicerentur *laticlavii*, qui nimirum latum clavum purpureum tunicae adſutum haberent; alii *angusticlavii*, qui anguſto clavo uterentur: quorum primi majoris erant dignitatis, alteri minoris. L. 4. C. de Teſtam. milit. Latus clavus inſigne fuit Senatorum, vel qui patre Senatore, vel Equite nati eſſent; adeoque doctiſſimus Cuiacius, quem citat Hieronymus Boſius, de Senatorum lato clavo Synt. XVIII. Tribunos militum Laticlavios ex Senatorio ordine fuiſſe affirmat; Anguſticlavios vero ex Equeſtri ordine; in quo fuit Suetonius Lenis pater Suetonii Tranquilli. Tunicam Laticlaviam viri docti apud laudatum Boſium eamdem eſſe dicunt ac tunicam palmatam, quam identidem commemorat Livius. Tiberii Claudii Frontini Tribuni Laticlavii Legionis IV. Italicae fit mentio in Gruteriana p. CCCI.XXXIX. 6. item Colonorum Graviſcanorum, & Interamnatium Nartium p. CCCCVII. 1. Quo vero tempore Graviſca Colonia deducta fuerit tradit Velleius Paterculus Libro I. n. XV.

11

FERIDIAE
GALVSAE
VIX . AN . XX
M . FERIDIVS
CAECVLVS
PROC . XX . HER
P . S . D . D

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Arientii.

11

D M S

L . POMPEIO
SP . FIL
VERECVNDO
II. VIR . SVESSVL
L . POMPEIVS
. . . ECVNDVS

Defcr. Stephanonius.

Romae.

13

P . CVRIO . P . F . QVIR
BLAESO
PRAEF . FABRVM . TR
LEG . VI . CLAVD P . FEL .
PROC . XX . HERED . IMP
CAESARIS . TRAIANI . HA
DRIANI . AVG . PROVIN
HISPANIAE . CITER . PROC
CADVCORVM . IN . ILLY
RICO . ADLECT . INTER . PR .
III
. . . . . .

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Veruli.

14

L . ALFIO . L . F . COR .
VALLENTINO . II
VIR . II . QQ . P . M . V
CVRAT . REI P . COL .
CASINATIVM . ET
PATRONO . ORDO
SEVIRALIVM . ET
AVGVSTALIVM . OB
MERITA . EIVS
L . D . D . D

Ex iiſdem Schedis.

11. PROC. XX. HER P . S . D . D . Hoc eſt; *Procurator Viceſimae Hereditatium Pecunia Sua Decreto Decurionum.* De Viceſima parte hereditatium plura qui cupit adeat Gutherium de Oſſieiis Domûs Auguſtae Lib. III. Cap. 35. Procuratoribus, Subprocuratoribus, Promagiſtris Viceſimae Hereditatium, quos ex vetuſtis lapidibus indicavit Gutherius, addendi Praeſignatores Hereditatium, qui ſcilicet huiuſmodi vectigalia ordinabant ſtatuebantque, quae ex his qui manumittebantur, & ex Hereditatibus, & legatis exigerentur, in aerarium militare inferenda. Praeſignatoris hereditatium meminit antiquus titulus apud Fabrettum Inſer. ant. Cap. I. n. 184. Vide etiam Reineſium in Epiſtola 11. ad Rupertum pag. 479.

12. II . VIR . SVESSVL. Id eſt; *Duumviro Sueſſulanorum.* Apud celeberrimos Antiquarios Gruterum, Reineſium, Sponium, & Fabrettum nullus exſtat lapis in quo adnotarim SVESSVLAM; quae, ut auctor eſt Frontinus de Coloniis, lege Sullana eſt deducta. Ea ſita eſt in mediterraneis Campaniae locis inter Capuam, & Nolam, haud procul Acerris; cujus locus nunc quoque vulgo vocatur *Caſtel di Seſſola*; ubi antiqui oppidi quaedam adhuc viſuntur ruinae, ut notat Cluverius Italiae antiquae Lib. IV. p. 1183. Ad Sueſſulam, ut narrat Livius Lib. VII. *tertia pugna commiſſa eſt; qua fugatus a M. Valerio Samnitum exercitus.* Et poſtea, *Campanorum deinde, Sueſſulanorumque auditae legationes.* Et Lib. VIII. tradit *Cumanos Sueſſulanoſque ejuſdem juris cunditoniſque, cujus Capuani, eſſe placuiſſe.* Denique Lib. XXIII. ſupra Sueſſulam narrat fuiſſe Caſtra Claudii Marcelli Praetoris, qui Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit, ac vicit.

13. PROC CADVCORVM . IN . ILLYRICO. Id eſt; *Procuratori Caducorum in Illyrico.* Caduca bona, ex conſtitutione Imp. Antonini fiſco vendicantur; ſunt vero ea quae jure relicta capaci, aliqua ex cauſa poſt mortem teſtatoris cadunt in fiſcum. Vide Gutherium de Officiis Domûs Auguſtae Lib. III. Cap. 25. Sponius produxit, ſed in ultimis verſibus mendis nonnullis corruptam pag. 61. Miſcellaneorum.

Hiſpelli, in Umbria.

15

ALFIVS.C.F.LEM. RVF.II.VIR.QVIN.
COL. IVL. HISPELLI ET II. VIR.
QVINQ. IN MVNICIPIO SVO CASINI
C.ALFIVS.C.F.LEM.QVADRATVS VI.V.
EQVO PVBLICO IN HONORE AED. EST MORTV..
..LFIA.C.F. NVMISIA VXSOR

Inter Schedas Donianas.

Piſauri in Foro, Tabula in plures partes diffracta.

16

P ALFIO P F. CAM SEMNIANO
EQVO. PVBLICO
QVAESTORI II VIR. QVINQ
HVIC. PRIMO. OMNIVM. OB EXIMIAS
LIBERALITATES. ET. ABVNDANTISSIMAS
IN EXEMPLVM. LARGITIONES BG. POS
PLEBS. VRBANA. EX. AERE. CONLATO
DECVR. DECR

Exſcripſit Stephanonius.

15. Locus ubi exſtet haec inſcriptio habetur ex Donianis Schedis; qui praetermiſſus eſt in Gruteriano Theſauro pag. CCCLI. 1. in quo etiam aliquantulum inemendate exſcripta eſt. Pro re ſua, loco paullo ante memorato, indicavit Cluverius hunc lapidem, ſed doluit locum incompertum eſſe, eum ottenderet Caſinum fuiſſe municipium, ac Coloniam Romanorum. Alfium feneraturem laudat Horatius.

16. P. Alfius Semnianus Eqoo publico, ornatus, Quaeſtor, Duumvir, Qoinquennalis Piſaorienſium, in Camilia Tribu eenſos fuit; quem bigâ poſitâ honoravit Plebs Urbana Piſaorienſiom ex aere eunlatu, decreto Decurionum. Scatet pluribus mendis haec inſcriptio apud Gruterom in 6. CCCCXLVII. non paucis item apod Fabrettum Cap. X. n. 207. In alio Gruteriano lapide eadem honoris eauſa exprimitur dedicationis bigae, poſitae in honorem praeſtantium virorum in 1. pag. CCCLII. in qus T. Ancharios Priſeos laudatur, eoi PRIMO II. VIRO. BIGA. POSITA. OB. EXIMIAS. LIBERALITATES. ET. ABVNDANTISSIMAS. SINE. EXEMPLO. LARGITIONES. quae ipſa verba in hoe quoque lspide oeeorront. BG. PUS. hoe eſt. BIGAM POSVIT. vel BIGA POSITA. quod magis placet. Viris igitor egregie de republica meritis, qoi inſigni aliquo beneficio populom ſibi devinxiſſent, largitiones dediſſent, Itemqoe ſpectacola, lodus, & munera gladiatoria edidiſſent, poſita foit in eorom honorem biga, addito titulo, & luſcriptione in Theatris, in Baſilicis, in Foro, & in loco Colonise, vel Municipii maxime conſpicuo, ot in memoria poſterorum aeternum viverent. In Bigis poſita eſſigies ejos viri, qui tanto honore ornabatur; oti ex antiquo marmore Gruteriano CCCCXLIV. 5. erudite eolligit V. C. Valerios Chimentellius de honore Biſellii Cap. XLI. qui de Bigarum hooore in memoriam illuſtrium virorum poſitarum, lueulenter diſſeruit.

Ibidem.

17

C. MVTTEIO. C. F. PAL. QVINTO. SEVERO Q. II. VIR
Q. ALIMENTOR. CVRATORI. CALENDAR. PECVNIAE
VALENTIN. N. H-S. DC. PATRONO, VI. VIR. AVG. ET.
COLLEG. FABR. CENTONAR. NAVICVLAR. DECVRIONES
ET. PLEBS. VRBANA. EX. DIVI. NERVAE... EPVL... OB
MERITA. L. D. D. D

Ex Libro antiquo MS.

Ibidem.

18

L. ARRIO. L. F. . . . . ATILIO. SABINO. PA
TRONO. COLONIAE. L. ARRIO. P. F. ARRIANO
AVFIDI TVRBONIS. PRAETORIS. DESIGNATI
PATRONI. COLONIAE. FILIO

Ex eodem Libro.

17. Paullo aliter legitur haec inſcriptio in Gruteriano Theſauro 6. CCCCXL. Q. ALIMENTORVM. Ut arbitror, *Quaeſtori Alimentorum*; qui pecuniam alimentis deſtinatam pro pueris, puelliſque ingenuis, natis parentibus egeſtuoſis tractabat. Nam his alimenta ſumtu publico per Italiae oppida praeſtari Nerva Imperator conſtituit, quod Dio, & Aurelius Victor in *Nerva* teſtantur; quem poſtea Hadrianus, & Alexander Severus, & Antoninus Pius imitati ſunt, ex Spartiano, & Capitolino. Huic officio non ſolum dati *Procuratores*, verum etiam *Praefecti*, ut in Gruterianis CCCCXXXIII. 1. MXCVII. 7. & *Procuratores alimentorum* in 4. CCCCII. item miniſtri, nempe *Villici ab alimentis* in 9. MXXXIII. Pecuniam datam a C. Plinio juniore in alimenta puerorum, & puellarum plebis urbanae teſtatur vetus inſcriptio Mediolanenſis apud Gruterum pag. MXXVIII. 5. quam idem Plinius memorat in Epiſtolis. Paulus, clariſſimus legum interpres, ſenioribus item praebita alimenta tradit. De pueris, & puellis alimentariis non pauca in medium protulit V. C. Philippus Rubenius Electorum Lib. II. Cap. 36. CVRATOR CALENDARI, is erat, qui in publicis Tabulis ſcribebat nomina eorum, qui funebrem pecunism a civitatibus accipiebant, quae Kalendarium, vel Calendarium dicebantur, quod debitores vertentibus menſtruis Kalendis fenus ſolverent. Videndus Noriſius in Cenotaphia Piſana Diſſert. I. Cap. 3. Vide etiam Par. II. Inſcr. Antiquar. Etr. Urb. p. 23. num. 16.

Ibidem

Ibidem, in aedibus Pardiorum.

19



Ex eodem Libro ant. MS.

Gallipoli, in domo Epiſcopi, Cippus.

20

Deſcripſit Stephanonius.

Romae, apud Salviatos.

21



Dedit Cl. Menestrejus.

19. MAGISTAR . VICI. Msgiſtri non ſolum Pagis, ut in Gruteriano lapide XXVI. 9. & inferius in hac Claſſe Quinta, verum etiam Vicis dati; qui e plebe cuiuſque viciniae legebantur, qui vicos tuerentur, publica item Vicorum aedificia, ſi vetuſtate collapſa, refieerent; nova a ſolo conſtituerent, aras, & aedes Deorum ſtatuerent, quemadmodom ex Gruterianis lapidibus colligitur pag. XLIII. 4 CLXXII. 9. 14. item LXXIV. 2. A msgiſtris Vicorum initum fuiſſe magiſterium Kalendis Auguſti ſcribitur in duabos inſcriptionibus apud Gruterum XL. 14. & LXXIV. 2. Iidem pondera aucaria, & argentaria in viciniis ponebant, & tuebantur, ut ſupra adnotavimus Cl. I. n. 96. & 97. ex quibus item licet arguere annoum magiſtratum geſſiſſe. Ad Vicanos ſpectabat loca adſignare in quibus publica aedificia, & arae in honorem Deorum Dearumque dediearentur, in Vieis, ut ex Gruteriana baſi LXXXII. 9. & CLXXII. 9. erantque Decurionibus in auctoritate ſimiles. In elegantiſſima Florentina Tabula, quae edita eſt in Par. I. Inſer. Ant. Etr. pag. 316. n. 64. memorantur MVLIERES VICANAE. quibus natali die Liviae Auguſtae muſſum, & eruſtulum ad aedem Bonae Deae in ſplendidiſſima Florentinorum Columia datom fuit. Vicus vero duplex fuit, extra orbem, & in urbe, ut docet Aldus Manotius de Quaeſitis per Epiſtolam Par. 2. n. VII. Vieus extra urbem, conſtabat e pluribus caſis, nulla munitione ſaeptus. Vicus in urbe aedium erat continuata ſeries, non ipſa via, quae ſuo nomine appellatur. Ita apud nos Florentiae Urbs in quatuor partes diviſa, quae patrio ſermone *i Quartieri* dicuntur. Sed Viei Rumae a Diis, vel a Deabus, vel a propinquis aliquâ notâ inſignibus locis, & aediſieiis, vel templis, vel aris Deorom denominati fuere. In Munieipiis vero, & Coloniis plures Vicos fuiſſe conſtat ex vetuſtis lapidibus. Piſauri ſeptem Viei nominantur in antiqoo lapide apud Gruterum ecceLXVII. 1. & Arimini MCXIV. 2. quos etiam Vicos patronum ſibi cooptaſſe diſcimus ex iiſdem monumentis. Litera V, vitae index, Titulum ſepuleralem viventes ſibi poſuiſſe oſtendit.

21. Suſpecta videtur haec inſcriptio; ſed docti viri judicsbunt.

Tiburi.

Tiburi.

22

EX . AVCTORITATE
IMP.CAES.M.AVR.SEVER.....
ALEXANDR...
PONT.MAX.....
M. PVPIVS. M.F. ANTONIANVS
P.CAEPONIVS.P.F.CLAVD. PARATVS
AED.PR.CENS
F . C

Ex Adverſariis Achillis Statii.

Muniani.

23

Q.ATILIVS. Q.F
STEL.POSTVMVS
IIII . I . D .
V . A . XLIIX

Ex iiſdem Adverſariis.

Nadini.

24

SEX.OCTAVIVS.CLA.CONSTANS
II.VIR.PONTIF.T. F.I.EPVLOQVE
DEDICARI

Ex Libro antiquo MS.

Urbini.

C . FOENIO . C . F . Ↄ STEL . IVSTO Ↄ Q
IIII VIR ℘ I D VERECVNDVS. PATER . LOC .
PVBLICE . D . D . D ℘

Ex eodem Libro MS.

24. T. F. I. *Teſtamento fieri iuſſit*. Praeclari viri, qui in Municipiis, vel in Coloniis aliqua dignitate, & honoris officio fungebantur, ad augendum earum ſplendorem, publica aedificia a ſolo ſua pecunia conſtruenda curabant; quorum dedicatione publicas largitiones, gladiatorum paria, venationes, ſcenicos ludos, ſportulas, panem, oleum, & vinum, cenas, & epulum publicum, quemadmodum haec inſcriptio teſtatur, Municipibus Coloniſque dabant. Vide Emundum Figrelium de Statuis illuſtrium Romanorum Cap. xxx.

Lapis

Lapis repertus in antiqui Tuſculi ruinis.

26

CN . CANINIVS . AMIRO
ET . P . AELIVS . FELIX
AEDILES
MENSVRA . ET . PON
DERA . INIQ . . . . . .
IVSSERVNT

Exſcripſit Scipio Cobelcutius Cardinalis.

In Caſtello Sanguinis, *ad D. Nicolai, in Samnio.*

27

C . POMPON
C . F . VOL
SEVERO
II . VIR . I . D
Q
VENAECIA
SATVRNINA
VIRO . P

Excripſit Stephanonius.

Aeſerniae, in Samnio.

28

SEX . APPVLEIO . SEX . F .
IMP . COS . AVGVRI
PATRONO

Deſcripſit Stephanonius.

Ibidem, ſub Turri boreria Eccleſiae.

29

C . NONIO . C . F . M . N . IIII . VIR
QVINQ . M . NONIVS . GALLVS
IMP . VII . VIR . EPVL . FILIVS
POSVIT

Idem exſcripſit.

Romae.

30

T . TREBELLIENO . T . F
CLA . RVFO
Q . TR . PL . LEGATO
CAESARIS AVGVSTI
PLEBS . . . . . .

Vidit Donius.

Fragmentum lapidis piperini, in D. Petri ad Vincula.

31

M . CLAVDIVS . M . F
CONSOL
M . N . ADCEPIT

Ex Schedis Bibl. Vatic.

26. MENSVRA &c. Scilicet; *Menſuras, & pondera iniqua tolli juſſerunt*, ita ſupplendum putavi. Menſuras, & pondera decernere, ac probare in Municipiis, & Coloniis Aedilium munus fuiſſe docet haec inſcriptio; item menſuras, & pondera iniqua amovere, ut fraudibus vendentium occurrerent. Ita in Colonia Oſtienſi P. Lucilius Gamala Aedilis pondera ad macellum cum M. Turranio, ſua pecunia fecit, ut ſupra habetur in Claſſe II. n 4. Apud Gruterum p. CCXXIII. 1. memorantur menſurae poſitae *lege civitatis*. In alio item lapide ſuperius a me edito Claſſe II. n. 67. legimus a C. Caeſio Silveſtro proprio ſumptu factum ponderarium, locum ſcilicet in quo pondera probata legitima conſtituta cuſtodiebantur; item chariſtionem aereum, ſtateram, pondera, & menſuras liquarias; quae ceteris vendentibus, uti regulae eſſent certiſſimae. Vide Reineſium ad XV. Claſſis VII.

Coma

Comi.

V F
C . PLINIVS
32 CALVOS . VIV...
SIBI ET PLINIS
SVCCESS....ORI
CHRIS.....ET
SVCCESSORIBVS
L.CASTICIO.L.F.OVF
CATVLO IIII . VIR
AE.....GENERO
.....CIO. L.F.OVF
MAXIMO NEP
PLINIS....AECT
VERECVNDAE PAT
PLINIO CERDONI PR
PLINIO PHAENOMEN
AMICO

Descripsit Stephanonius.

Arimini, prope Portam S. Andreae.

AVRELIAE . CALIGINAE
33 TIB . SABINIANI
DVLCISSIMAE
HONORIFICENTISSIMAE Q.
FEMINAE . COL. FAB. SPLEN
DIDISSIMAE . CIVITATIS
ARIMINENSIVM . OB . MV
NIFICENTISSIM . IN . SE
.....ERISQ. COLLATAM
L . D . D . D
DEDICAVIT. IDIB. IAN
Q.SOSIO. PRISCO. SENECIONE
P.CAELIO.APOLLINARE.COS
CVIVS. DEDICAT. SING
D . D H.S N . IIII

Ex Comment. Caesaris Clementini.

32. Reinesius edidit hunc lapidem, qui C. Plinii Secundi gentiles illustrat, acceptо apographo a nostro Donio Cl. XVI. 36. sed alia facie apud eum legitor, nonnullis praetermissis.

33. Aureliam Caliginam suspicor Patronam fuisse Collegii Fabrûm splendidissimae Civitatis Ariminensium, vel filiam Patroni ejusdem Collegii; nam ejus munificentia in Collegium laudatur. Feminas in Patronas Collegiorum adscitas notavimus ad Arretinum marmor in honorem L. Petronii Tauri Volusiani, Viri Consularis, Patroni Ordinis Arretinorum. Filias quoque Patronorum, ob eximia patrum merita, & egregia beneficia maximis honoribus cumulatas observavimus in pluribus inscriptionibus. Aureliam Caliginam aliquod praeclarum opus, sive aedificium dedicasse, vel aedem in loco a Decurionibus adsignato condidisse docet haec inscriptio; datis singulis sestertiis nummûm quatoor. Q. Sosio Prisco Senecione, P. Caelio Apollinare Consulibus; qoi Consules fuere anno U. C. 921. Christi vero 169. ex Relandi Fastis Consularibus. Q. Sosius Priscus Senecio ille ipse est ad quem C. Plinius Secundus plures Epistolas scribit Libro I. Ep. 13. Lib. IV. Ep. 4. &c. quas, si operae pretium sit, vide

Tiburc

Tiburi.

34

M. SALIO. M. F. CLAVD. CAEPONIANO
PRAEF . FABRVM . TIGNARIORVM
PRAEF. AERARI. SATVR, CARATORI. VIARVM
ET . OPERVM . PVBLICORVM . TRIBVNO . MILIT . ET . PLEBIS
NOMENTAN. VIXIT . ANN. LXXIX. MENS . VIII. ET . IVNIAE
SALIAE. MATRONAE. CLARISSIMAE. VIX . ANN. LIX
M . SALIVS . M . F . CLAVD . MANCINVS . PIVS
F . C

Ex Adverſariis Achillis Statii.

36. CVRATORI. VIARVM. Inſtitutionem Curatorum Viarum inter nova officia ab Auguſto excogitata recenſet Tranquillus in ejus vita cap. 37. Sed Pomponius de Origine Juris hunc magiſtratum veruſtiorem eſſe innuit, quum inquit: *Conſtituti ſunt Quatuorviri, qui curam viarum agerent.* Verum in antiquis ſaxis non ſolum Quatuorviri, verum etiam Duoviri Curatores Viarum memorantur. Plinius Secundus in Epiſtola 15. Libri v. ad Ponticum Alliſanem, gratulatur Cornutum Tertullum praeſtantiſſimum virum ultro ab Imperatore ſibi ſocium datum in cura Viae Aemiliae, quam dignitatem, & honorem valde commendat; quod quidem muuus non perpetuum, ſed temporarium fuiſſe credit Panvinius de Urbe Roma. Sequitur TRIBVNO . MILIT . ET . PLEBIS NOMENTAN. hoc eſt; *Nomentanae*. In Tarraconenſi lapide a Grutero allato pag. CCCCXXXIX. Viae Nomentanae fit mentio; idemque Nomentum municipium appellatur. In hoc lapide Pleba Nomentana memoratur. Nomentum haud procul Salaria Via, ultra Fidenas fuit, ut narrat Cluverius Italiae antiquae Lib. II. Cap. 9. Opidum fuit, quod Sabini incoluere, teſte Strabone Lib. v. quamvis Ptolemaeus cum Fidenis Latio adſcripſerit. Nomentani bellum cum aliis adverſus Romanos ſuſcepere, ut ſcribit Dionyſius Lib. v. qui tamen ab Albanis narrat conditum Nomentum Lib. II. In civitatem a Romanis accepti eodem jure, ac Lanuvini, Ariciui, ac Pedani, anno Urbis Romae CCCCXVI. auctore Livio Libro VIII.

MATRONAE . CLARISSIMAE. Matronarum Dearum frequenter fit mentio in veteſtis ſaxis. At Matronarum, ſcilicet nobilium matrum, optimatium, & opulentarum, quae ut vult A. Gellius in matrimonium cum viris ſummo genere natis convenerant, quaeque magno in honore habebantur tum Romae, tum in ſplendidiſſimis Municipiis, & Coloniis, nulla habetur mentio in Scaligeri locupletiſſimis Indicibus Gruteriano Theſauro additis. In Piſana Tabula, quae ad annuas inferias publice mittendas in honorem Caii Caeſaris ſpectat, decernitur, ut Piſanae Coloniae matronae fublugeant, eumque diem, quo Cajus Caeſar obiit, pro Allienſi lugubrem habeant cum viris, qui veſtem mutare debent. In funere clariſſimorum virorum matronas annuum luctum ſervaſſe ſaepe Romanae Hiſtoriae parens Livius commemorat; itemque quanto in honore fuerint; quibus etiam in ſemitis viros de via decedere cautum erat. Iiſdem conceſſum, ut pilento ad ſacra ludoſque, carpentis feſto proſeſtoque uterentur, ut idem Livius memoriae prodidit Libro v. ob inſignem munificentiam, quod Tribunis militum aurum, & omnia ornamenta ſua in aerarium populi Romani detulerint, quum aurum non reperiretur ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico. Matronae apud Lacaedemonios velata facie in publicum prodibant, teſte Plutarcho in Apophth. Romae in Colle Quirinali Senaculum fuit Matronarum, quod Elagabalus condidit. MANCINVS. PIVS. fortaſſis FILIVS. *faciendum curavit.*

Piſauri,

Piſauri, in Coenobio Servitarum.

35
L. PETRONIVS
APTVS. VI VIR

Deſcripſit Stephanonius.

Circa 1. lap. a S. Germani oppido.

36
L. FILLIVS . ANTEROS
SEX VIR . . . . . .
GAVIA. SECVNDA. VXOR

Idem deſcripſit.

Lugduni.

D. M. ET. MEMORIAE. DVLCISS.
37 LARETIAE. LAC. QVAE. VIX.
ANNIS. XVIII. M. VI. DIES. XXIII
FIRMANVS. GALLIAR. TABVLAR.
CONIVGI. PIISS. ET. DE. SE. BENE
MERENTI. ET. SIBI. VIVVS. POSTE
RISQ. SVIS. SVB. ASCIA. DEDICAVIT

Ex Libro veteri MS.

Tarracone.

M. LAELIO
SABINO
38 DEC. AED.
ROM. FRATRI
KARISSIMO
LAELIA COESE
SOROR

Ex Jo. B. Valenciola.

In Cippo, ſeu baſi juxta Portam Arcis inſulae Gaudi, cui ſuperpoſita fuit ſtatua ſuperioribus annis; fortuito erutа in fundamentis veterum murorum, dum novi ad hodiernum uſum reficerentur.

39
CESTIO. L. F. POMPT. GALLO. VA
RENIANO LVTATIO NATALI AEMI
LIANO PATRONO MVNICIPI
L. MARCIVS MARCIANVS AMICO OPTIMO
V. KARISSIMO...SIBI HONORIS CAVSA S. L

Deſcripſit F. Joh. Franciſcus Habela. & Romam ad P. V. Michaelem Angelum Bonarrotium miſit.

Auximi.

Auximi.

40

C. OPPIO. C. F. VEL. PALLANTI
PR. ET. QVAESTORI. AVXIMI
QVAEST. ALVMNA. OPPIA
PRISCA. MATER. FILIO
CARISSIMO. L. D. D. D

Ex Libro antiquo MS.

Vicentiae, ad Aedem D. Felicis.

41

T. DELLIO. T. F.
IIII. VIRO
T. DELLIVS. T. F.
SERENVS
PATRI. ET. SIBI

Ex Trinagio, & Marzario.

Interamnae.

42

VARIAE Ø L Ø F Ø GESTIANAE
VXORI
L. CALIDI Ø L Ø F Ø STEL Ø NIGRINI. IIII. VIR
IVR Ø DIC Ø IIII Ø VIR. QVINQ. II. AVGVR. FLAMI
NIS. AVG. PARENTIS Ø ET. PATRONI. MVNICIPI
FILIAE
L VARIØ L Ø F. QVINTIANI Ø TRIBVNI Ø MILITVM
LEG. II. ADIVTRIC Ø TRIBVNI. MILITVM
LEG. X. GEMINAE. IIII VIR. QVINQ. PATRO
NI. MVNICIPI
MVNICIPES ET INCOLAE
D D

Dedit Donio C. Gabriel Caſtellius.

40. Oppiorum gens liberalitate, munificentia, & eximiis dignitatibus valde illuſtris fuit apud Aoximates, ut ſupra diximus ad 1. Cl. V. In tertio verſu emendandum QVAEST. ALIMENT. hoc eſt; *Quaeſtori alimentorum*. Reineſii aſſentior; qui tamen hunc lapidem mancum, & corruptum edidit Cl Vi. n 73 Alimentorum nomine non ſolum cibaria, verum etiam veſtitus, & habitatio continentur, L. legatis 6. D de alim. & cib. legat. Alimenta pueris ingenuis ſe dediſſe Plinius Secundus narrat in Epiſtolis.

42. Praetermiſſo loco ubi exſtet haec honoraria Tabula, inſcriptionem non accurate deſcriptam volgavit Fabrettus cap. X. n. 554. Confirmat id quod diximus in explicatione lapidis Arretinorum, in honorem L. Petronii Taori Voloſiani, Municipia, & Colonias Romanorum plures ſimul Patronos, habuiſſe, qui etiam PARENTIS titulo, & honore appellabantur, ac magnopere colebantur.

Iteramnae.

43

L. CALIDIO. L. F. STEL. NI
GRINO
FILIO
L. CALIDI. NIGRINI. PATRO
NI. MVNICIPI
NEPOTI
L. VARI. QVINTIANI. PATRO
NI. MVNICIPI
L

Dedit Donio C. Gabriel Caſtellius.

Raguſi, in Dalmatia.

44

M. POMENTI
NO. M. F. TROM
TVRBONI. II. VIR. I. D
ET. M. POMENTINO
BORIAE. F. ANN. XVIII
POMENTINA. TERTVL
LA. PATRI. ET. FRATRI
PIENTISSIMIS. FECIT

Ex MS. Bibl. Vat. n. 5242.

Arimini.

45

FVFICIAE. Q. F. TERPNAE
Q. FVFICI
PRISCI. II VIR.
AVGVRIS. VXORI
L. D. D. D

Ex Comment. Caeſ. Clementini.

Sermonetae.

46

C. OPPIVS. SP. F. COL
RVFVS. PAGI. MAGISTER
IDEM. PRAEFECTVS. VLVBRIS
IVRE. DICVNDO

Ex Libro MS. Bibl. Vatic.

Arimini.

47

C. VOLVSENO
L. F. . . . . IVSTO
AEDILI. QVAEST.
SESTINI
DECVR. ARIM.
TITINIA. M. F. IVSTA
MATER. L. D. D. D

Ex Comm. ejuſdem Caeſ. Clementini.

Undariae, prope Dianium in Hiſpania, in angulo domus privatae.

48

SEX. TERENTIO
LEMNAEO. HONO
RE. FVNCTO. SE
VIRATVS. SEX. TE
RENTIVS. LEMNAEVS
FILIVS. ET. AEMIL.
SCINTILLA. MARITO
DIGNISSIMO

Ex Annal. Regni Valent. Fr. Franc. Diago Ord. Praed.

46. PAGI. MAGISTER. Magiſtratum Pagorum oſtendit Tacitus in libro de Moribus Germanorum. *Eliguntur*, inquit, *qui iura per pagos vicoſque reddant*. A Paganis *Paganalia* feſta, quorum meminit Varro Lib. v. Linguae Latinae, & Dionyſius Halicarnaſſeus, itemque Lib. IV. Ovidius Lib. I Faſtorum:

Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni,
Et date pagano liba focis.

47. AEDILI. QVAEST. SESTINI. Seſtinum pervetuſtum oppidum in Umbria; inde Umbriae populi oppidani SESTINATES Plinio dicti, Libro III. Cap. 14.

In

In Via, quae ducit ab Aede D. Andreae ad Saepes ad Aedem D. Joſeph, Baſis pars inferior.



POTIS.

49 SENATVS SVPPLICATIONES DIS IMMORTALIBVS.
IMP. CAES. NERVA. TRAIANO. AVG. GERM. DACIC. SENATVS. ORNAMENT
TRIVMPHAL. DECR. STATVAMQ. IN. FORO AVG. PONENDAM. CENSVIT

Deſcripſit Donii Amanuenſis.

Hiſpali.

SEX. IVLIO. SEX. F. QVIR. POSSESSORI
PRAEF. COH. III. GALLOR. PRAEPOSITO. NVME
RI. SYROR. SAGITTARIORVM. ITEM. ALAE. PRIMAE. HISPA
NOR. GVRATORI. CIVITATIS. ROMVLENSIVM. MAI
50 NENSIVM. TRIBVNO. XI. L. FVLMINAT
CVRATORI. COLONIAE. ARIENSIVM. ADLECTO
IN DECVRIAS AB OPTIMIS. MAXIMISQVE
IMPP. ANTONINO. ET. VERO. AVGG. ADIV
TORI [illegible] ANTONINI. PRAEF. ANNON
AD OTIVM [illegible] HISPANVM. RECEN
SENTVM. ITEM. SOLAMINA. TRANSFE
RENDA. ITEM. VECTVRAS. NAVCLEA
RIIS EXOLVENDAS. PROC. AVGG. AD
RIPAM. BAETIS. SCAPHARII. HISPALEN
SES. OB. INNOCENTIAM. IVSTITIAM
QVAE. EIVS. SINGVLAREM

Ex Codice MS. Biblioth. Vatic.

49. Dolendum eſt tam eximiae baſis Imperatori Nervae Traiano dedicatae, iniuria temporis huc fruſtulum ad nos perveniſſe, quod tamen ſupra evulgandum erat Claſſe III. Ex eo tamen diſcimus a Senatu Imperatori invictiſſimo triumphalia ornamenta decreta fuiſſe, & Statuam in ejus honorem poſitam in foro Auguſti. Inſuper ſupplicationes habitas ad pulvinaria Deorum, quae triumpho praeluſerunt. Duos vero triumphos egiſſe Traianum conſtat ex Plinii Secundi diſertiſſimo teſtimonio Libro VIII. Epiſt. 4. ad Caninium. Sed haec inſcriptio reſpicit triumphum de Dacis ab eodem Caeſare actum, qui GERMANICVS DACICVS appellatur.

50. MAINENSES, & ARIENSES Coloni in Hiſpania qui ſint, laboranti mihi inopia librorum, incogniti omnino ſunt; quum Plinio memoratos minime inveniam; ni tamen menda in ſcriptura cubent. RECENSENTVM. legendum eſt RECENSENDVM. Frequenter T pro D uſurpatur in antiquis inſcriptionibus. Hiſpalis Colonia in Hiſpania, (*Siviglia*) cognominata eſt Rumulenſis, teſte Plinio Hiſt. Nat. Libro III. Cap. 1. quae & IVLIA. RVMVLA in Hiſpalenſi marmore apud Gruterum nominatur pag. CCLVII. 12. & CCLVIII. 1. & in numiſmatis Colonicarum editis a V. C. Joh. Vaillantio. In citatis Gruteri inſcriptionibus fit quoque mentio Scapharionum, qui in ea negotiabantur; item apud Reineſium Cl. III. n. 26. & in ſequenti marmore ex Collectaneis Donianis *Scapharii Romulae conſiſtentes*. Supplendum IVLIAE *Romulae*, ut in ſupraſcriptis apud Gruterum. *Conſiſtere* dicuntur aliqua in civitate negotiantes, & qui mercaturae dant operam, ex alio marmore Gruteriano CCCCLXVI. 7. *Hiſpali*

Hiſpali.

51

L. CASTRICIO. Q. F. HONORATO. P. P. HOMINI
BONO. SCAPHARII. ROMVL. CONSIST. OB
INNOCENTIAM. IVSTITIAMQVE. SINGV
LAREM. D. S. P. P.

Ex Codice MS. Biblioth. Vaticanae.

En Bevagne il *Regni Valentiae, iuxta januam Aedis ſacrae, litteris eleganter inciſis.*

52

M. CORNELIO. M. F. GAL
NIGRINO. CVRIATIO. MA
TERNO. COS. LEG. AVG. PR
PR. PROVINC. MOESIAE
ET. CVNC. SYRIAE

Ex Annal. Regni Valentiae Fr. Franc. Diago Ord. Praed.

In Templo D. Juſtinae ad Juvenale; *locus at Agri Vincentini.*

53

M. CAMERIVS. C. F
C. CAMERIVS. M. F
IIII. VIR
SIBI. ET
TERENTIAE. L. F

Ex Antiquit. Vicent. Bernardi Trinagii & ex Marzario.

Romae, in Templo D. Clementis.

54

M/. ACILIO. C. F
QVAESTORI DIVI CLAVDI
PROVINCIAE ASTYRIAE
SODALI . . . . . .

Ex Schedis Vatic.

Interamnae.

55

L. LVCINIVS. L. F.
LVCVLLVS
IIII. VIR. I. D

Dedit C. Gabriel Caſtellius.

In-

Interamnae.



56

Dedit Donio G. Gabriel Caſtellius.

Fulginii, in Aedicula D. Johannis Decollati.



57

Ex Fab. Pontani Ant. Fulg.

Aquileiae, in Eccleſia primaria prope Sacrarium.



58

Ex Inſcr. Ramberti.

Ibidem in Horto pone duas Turres.



59

Ex iiſdem inſcriptionibus.

56. Olia Attiana laudatur in hoc marmoris fragmento, quae fuit Patrona Municipii Interamnatium, & Collegii Fabrûm in eodem Municipio. De patrocinii honore, & hoſpitali teſſera clariſsimis feminis oblata, dixi fuſius ad inſcriptionem ſaepius memoratam Arretinorum in honorem L. Petronii Tauri Voluſiani in par. II. Inſcriptionum Antiquarum Etruriae Urbium. Feminae affectus, & blanditiarum cauſa Venerea appellantur, ut dixi ad Titulum CIII. Monumenti, ſive Columbarii Liberturum, & Servorum Liviae Auguſtae. Edidit hoc fragmentum Fabrettus Inſcr. Aut. Cap. IV. n. 115. ſed aliqua cum diverſitate, nec judicato loco ubi reperiatur.

57. DEC. FVLG. Hoc eſt; *Decurioni Fulginati*, vel *Fulginatium* PROFLAMI. id eſt PROFLAMINI. Proflaminia fit mentio in marmoris fragmento apud Gruterum, quod pertinet ad Collegium Fratrum Arualium; quemadmodum in his nominatur PROMAGISTER Collegii Fratrum Arualium. Proflamines quuque Cohortibus datos ex hac lapide intelligimus.

58. Haud ſupervacaneum duxi hanc inſcriptionem afferre, quae apud Gruterum Luceriae, non Aquileiae adſcribitur. Sora in agro Volſcorum fuit, quam poſſederunt Samnites, teſte Livio, initio Lib. X. Colonia item Romanorum fuit; de qua Cluverius Ital. ant. Lib. III. Cap. VIII.

Re-

Romae, apud Lapicidam prope D. Laurentii in Lucina.

60

L. AELIO. HELVIO
DIONYSIO. C V
IVDICI SACRARVM COG
NITIONVM TOTIVS ORIEN
PRAESIDI SYRIAE COELE
CORRECTORI VTRIVSQ
ITALIAE CVRATORI AQ
ET MINICIAE CVRAT
.....
OPERVM PVBLICORV
PONTIFICI DEI SOL
.....
COLLEGIVM
FABRORVM TIGNVARI
MVLTIS IN SE PATROCINIIS. CO

Donius vidit, & exſcripſit.

Aenea Tabella reperta Firmi, in urna quadam fictili, una cum nummis aeneis pondo aſſium CCCLXX.

61

TERENTIO. L. F.
A. RVFENIO C. F.
L. TVRPILIO. C. F.
M. ALBANI. L. F.
T. MVNATIO. T. F.
QVAISTORES
AIRE MOLTATICOD
DEDERONT

Ex libro MS. Bibl. Vatic. n. 6038.

Atinae, juxta Turrim Horariam Baſilicae S. Mariae.

62

C. VETVRIO. C. F. TER. APHRODISIANO
EQVO PVBLICO. AEDILI. C. VETVRIVS. C. F
ADIECTVS. ET. LARCIA. C. F. PRIMA. FILIO
PIENTISSIMO

In alto latere ejuſdem lapidis.

C. AVIDIO. C. F. TER. CLEMENTI. AED
II. VIRO. EQVO. PVBLICO. MVNICIPES
ET. INCOLAE. AERE. CONLATO. L. D. D. D

Ex Collectaneis Dominici Panicalis.

60. Edidit Fabrettus paullo aliter, ſed, ut frequenter ſolet, non indicato loco ubi exſtet, vel ubi deſcripta fuerit. De Judice ſacrarum cognitionum, qui ex delegatione Principis cognoſcebat, adeundus doctiſſimus Gutherius de Officiis Domûs Auguſtae Lib. I Cap. 25.

61. Antiquiſſimam inſcriptionem hujuſce aheneae Tabellae dedit Fabrettus Cap. IX. n. 367. ſed integra linea mancam, & aliquantulum divertam in ſeptima linea. Silentio praetermiſit locum ubi reperta fuerit; quae res non parum ad antiquae Hiſtoriae cognitionem conducit. Gruterus in 12. LII. habet C. APRVLINIO. C. F. AIRE MOLTATICO D DEDERONT. Hoc eſt, ex *Aere multaticio dono dederunt*. Pecuniae, & argenti multaticii, quod ſcilicet ex pecuariis damnatis exigebatur, fit mentio apud Livium Lib. X. & XXX. nec ex eo tria ſigna facta, & in Capitolio poſita fuiſſe narrat.

62. MVNICIPES. ET. INCOLAE. In honorandis eximiis Viris frequenter admodum cum Municipibus conveniunt Incolae. Sed inter utroſque aliquod interfuiſſe diſcrimen non dubito. Nam Municipibus ad magiſtratuum, & honorum gradus, tum in Municipio, tum Romae, utpote civibus, aditus patebat. Incolae verò etſi in Municipio degerent quaſi cives, tamen ſine jure civitatis, & ſuffragiorum erant, nec honorum gradus conſequi poterant. Vide Feſtum in v: *Municeps*. *Atinae*

Atinae, in Turri Horaria Eccleſiae S. Mariae.

63
M.RVBRENO.VIRIO.PRISCO.POMPONIANO
PROCVLO.MAECIANO.COS.CVPR.COO.CVR.
COL.MINTVRNENSIVM.APRIC.CVR.COL.FOR
MIANORVM.PRAET.CANDIDATO.QVAEST
CANDIDATO.X.VIRO.SALIO.COLLINO.CIVI
ET.PATRONO.ORDO.ET.PLEPS.ATINA
PVBLICE

Ex Collectaneis Dominici Panicalis.

Ibidem, in latere ejuſdem lapidis in quo legitur M. RVBRENO, *&c.*

IVNIAE.ARRIAE RVFINAE.C.F
VIII.COS.FIL.EIVS

Ex iiſdem Collectaneis.

Interamnae, Tabella marmorea adfixa parieti Aedis B. Mariae ſupra Porticum.

64
.....CLV.IIII.VIR
T.CVSPIVS.T.F.PATER
.....A.L.F.MATER
L.CVSPIVS.T.F

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Neapoli, ante Aedem S. Mariae Rotundae.

65
POSTVMIVS
LAMPADIVS
V.C.CONS.
CAMP
ORDINAVIT.S

Deſcripſit Stephanonius.

63. M. RVBRENO. Cum digammate ſcriptum puto ϝΤΩΝΙ ut pro NI inſerviat. M. RVBRENIO. *Cuprae* ſit mentio in hoc lapide, ac fortaſſis *Montanae*; videlicet oppidi in mediterraneis Piceni. Quum enim in vetuſtis lapidibus *Cupra maritima* nominatur, ad diſcrimen notandum additur CVPRA. MAR. hoc eſt *Maritima*, quemadmodum legitur in ara marmorea Romae, a Grutero edita pag. CVIII. 7. Colonia Minturnenſium nota eſt. Coloni Minturnenſes in Campaniae confinio ad oſtia Liris fluminis ſunt. De his foſius Cloverius Ital. ant. Libro III. Cap. X. Sed qui ſint APRIC. non me pudet ignorare. Erraſſe deſcriptores puto. Fortaſſis ARIC. vel MARVC. nempe vel *Aricinorum*, vel *Marrucinorum*, ſi coniecturae ſit locus; ſeu potius TARRAC. hoc eſt *Tarracinenſium*; nam Tarracinenſes eum Minturnenſibus coniungit Mela Lib. II. Cap. 4 *Formiani* Coloni. Formiae inter Caietam, & Minturnas. Formianum Villa Ciceronis, quam ſaepe commemorat in epiſtolis. ATINA. ſcilicet ATINATIVM. ut in aliis inſcriptionibus legitur. Primùm foit Romanorum Municipium, poſtea Colonia, quam Nero Claudius Caeſar dedoxit, auctore Frontino. Italiae urbs eſt antiqua, & nobilis, a Volſcis condita, ſupra Caſinom Arpinumque, circa Melfis flovii fontes. Una ex his foit, quae Turno adverſua Aeneam arma fabricavit, de qua Virgilius Aeneid. Lib. VII. u. 630. Ex ea plores inclyti cives prodieront. Martialis Marium ita laudat Libro X. Epig. XCII.

Mari, quietae cultor, & comes vitae,
Quo cive priſca gloriatur ATINA.

Malacae, in Hiſpania.

66

L. VALERIO. L. F. QVIR. PROCVLO
PRAEF. COHORT. IIII TRACHVM
SYRIACAE ET RISSI //// A //// LEGION
//////////////// VII. CLAVDIA ////////////////
PRAEF. CLASSIS. ALEXANDRIN
ET. POTAMO. PYLACIAI, PROC
AVG. ALPIVM. MARITVMAR
DELECTATOR //// AVG. PROV ////////
PROVINC. VLTERIS. HISPAN
BAETIC. PROC. PROVINC. CAR
TAG. PROC. PROVINCIARVM. TRIVM
//
// CIT. R. P
MALACIAE. R. P. PATRONO
D. D

Ex inſcriptionibus Benedicti Ramberti.

In Capiſtrano, in pariete Arcis, fragmentum.

67

MIL. LEG. V ♂ ALAVDAE
MILITARIB. DONATO. A. TI. CLAVDIO
V. PL. PR. TESTAMENT. FIERI. IVSS.

Inter Schedas Donianas.

66. PROC. AVG. ALPIVM. MARITVMAR. Hujus muneris ſit mentio in duabus inſcriptionibus Gruterianis, nempe CCCCXXVI. 5. & CCLXXXVII. 7. in qua legitur *Procurator, & Praefectus Alpium Maritimarum.* Meminit & Tacitus Hiſtoriarum Lib. II. de Othone *Maritimas*, inquit, *tum Alpes tenebat Procurator Marius Maturus. Is, concito gente, arctos provinciae faucibus Othonianos intendit.* Tractus Alpium Maritimarum intra Italiae finem, Varum amnem, fuit a Vadis Sabatiis ſive Genua, ubi Apennino jungebantur, ad Veſulum uſque montem, qui Padum fundit, ut deſcribit Cluverius Ital. ant. Lib. I. Cap. 32.

67. Eidem Legioni V Alaudae donatum cognomen *Piae Felicis*, ut in ara Theſauri Gruteri 2. DXLIV.

In

In marmore praegrandi, in epiſtylii formam converſo, ex domo Marcellinorum in Foro Agonis, litteris grandibus.

Vidit Donius.

Auguſtae Taurinorum, apud Philibertum Pingonium, in Cippo marmoreo columellis Doricis, Elephanto duobuſque Delphinis exornato.



Ex Pingonio.

Interamnae, Cippus teres, erutus in Coemeterio S. Valentini.



Dedit Donio Franc. Angelonius.

Auguſtae Taurinorum.



Ex Schedis Bibl. Vatic.

69. DECVR . TAVR. *Decurialis Taurini*. Qui in decuria Officialium adſcriptus fuerat. EPORED. i. EPOREDIAE. Eporedia Colonia Romanorum, nunc *Ivrèa*, in Pedemontio, ad Duriam fluvium. Opidum Sibyllinis libris a populo Romano condi juſſum, ut Plinius memoriae prodidit Lib. III. Cap 17. Perperam ſcribitur *Eporedia* in editis libris Velleii Paterculi Hiſt. Lib I. n. xv. Ita quoque apud Gruterum XVII. 5. in votivo lapide, qui exſtat Auguſtae Taurinorum memoratur P. Metellius Decurio Taurinorum, & quaeſtor item Decurio EPOREDIAE. Lacuna ita implenda fortaſſis eſt DARANTASIAE; de qua vide Cluverium Ital. ant. Lib. I. Cap. 13.

70. Edidit Fabrettus ex Schedis Barberinis cum lacuna, nec indicato loco ubi inventa haec ara fuerit, Cap. IX. n. 132.

Neapoli, in Cippo marmoreo.

72
D . M
SEX . FIRMIO
SEX . F . AEM . SABIN
AED . FOR . III .
PLOTIA . DORIS
MARITO OPTIM
ET SIBI

Deſcripſit Stephanonius.

Arientii, ad B. Mariae Novae.

73
.....PROCO.....
... C . LEG . AVGG .....
...,CVRAT . ALVEI...
...OS . CYPRI . LEG . AV .
.....LEG . GEMIN.....
....RTONAE PRAEF.....
...VRIONI Q_V.....
.....AII.....

Idem deſcripſit.

Romae, apud Carolum Cremonam juxta D. Petri ad Vincula, in Gryphe, ſculpta.

74
L . MAROLVS MARNALIS
M . QVINTINVS . VIBIANVS
CVRATORES
D . S . D D

Idem exſcripſit.

Centumcellis, in Templo Dominicanorum ante Crateram Aquae luſtralis.

75
CIVITAT COMPVLRIVM
ABSTINEN TISSIMVM
[illegible]CAT CAR[illegible]A CI NIS
PATRONVM [illegible]
SIMVM [illegible]

Vidit Donius, & exſcripſit.

Apud Martium Mileſium.

76
Q . LOLLI . Q . L .
• ALEXANDRI
DECVR
•

Vidit Donius.

Romae, apud Card. de Monte.

77
CLODIO HERMOGENIANO
OLYBRIO V C FRATRI
ADMIRANDAE PIETATIS
FALTONIVS PROBVS
ALYPIVS V C

Ex Schedis Bibl. Vatic.

72. Manca, & mendoſa producitur haec inſcriptio a Reineſio Claſſe XIV. n. 69.

75. ABSTINENTISSIMVM. Abſtinentia a turpi quaeſtu valde laudatur in ſummis viris, qui Reipublicae praeſunt. Eadem quoque vox uſurpatur ad indicandam morum, & vitae innocentiam. Nullum inter has virtutes diſcrimen agnoſcit Val. Maximus Lib. IV. Cap. III. de Abſtinentia, & Continentia.

77. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius Vir Clariſſimus, Conſularis Campaniae fuit, Proconſul Africae, Praefectus Urbi, Praefectus Illyrici, iremque Praefectus Praetorio Orientis, & Conſul Ordinatius cum Decimo Magno Auſonio, anno U. C. 1131. Chriſti 379. qui laudatur in veteri Gruteriano lapide a. CCCLIII. Uxorem habuit Turraniam Aniciam Julianam, ex eodem lapide.

Cre-

Cremonae, prope D. Auguſtini.

78

M . PRAESENTIVS . Q . F . P . HELVICIVS . P . F
AED . IIII . V . D . OB . HONOREM . IN VIAM
H.S

Ex Adverſariis Aldi Manutii.

Lanuvii.

79

T . AVRELIO
AVG . LIB .
APHRODISIO
PROC . AVG
A RATIONIBVS
S . P . Q . L . V
CVR . ET . DED . Q . VALERIVS
Q . F . MAEC . LAEVIANVS
AEDIL

Ex Schedis Vaticanis.

Auximii.

80

C . OCTAVIO
AVG . L . EXCE
PTORI . AVXIMA
TES . D . D
C. OCTAVIVS. PROC
FRAT. C.D.D . X. $\overline{IX}$
COLONIS X . $\overline{II}$X. AVG
$\overline{III}$. DIVISIT

Ex iiſdem Schedis.

In Vinea quedam extra Portam Caelimontanam.

81

. . . . . .
. . . . . .
V. LEG . PROPR . PROV. SICIL
TAL . XVIR . STLIT . IVD
L . CEREALIS . ET . GALLVS
L . REGINVS . COL . ET . REG
EPCI MAGNENSES . CLI
ATRONO . OPTIMO
. . . . . .
. . . . . .

Ex Libro MS. Bibl. Vatic. n. 5241.

In Aedicula B. Mariae Cerreti, non longe a Colle Scipionis.

82

L Ↄ VALERIO . C. F
VIBRIONI . IIII . VIRO
TRIB . MIL .
ARBITRATV
HIERONIS . ET . THIASI

Deſcripſit Pyrrhus Stephanutius, & ex eod. Lib.

79. S . P . Q . L . V . Interpretandum mihi videtur. *Senatus Populuſque Lanuvini.*

80. In alio lapide Auximate apud Gruterum pag. CCCLXXII. 4 laudatur L. Aurelius Marcianus Auguſti libertus Exceptor, hoc eſt, publicorum vectigalium Suſceptor, Conductor, paene iiſdem verbis, quae in hoc leguntur, ut eadem inſcriptio videatur mutatis nominibus. Sed in ea Auguſtales non nominantur, quibus denaria tria ſingulis dividenda mandantur.

Ne-

Nepete.

83

CN . CORNELIO
FRONT. NEPESINO . IIII . VIR
AEDIL. Q Q IIII VIR . I . D . PONTIF .
Q . ALIMENTORVM . CVR . REIP .
PLEPS . NEPESINA . EX . AER . CON
OB . MVNIFICENTIAM . EIVS
CVIVS . STATVAE . DEDICAT
OTACILIA . COMICE . VXOR
DECVR . ET . AVGST . SPORTVL
ET . POPVLO . EPVLVM . DEDIT
L . A . D . D
CVRANT . L . TVRPILIO FELICE

Ex Schedis Vaticanis.

Saeptini.

84

M BAETIO . M . F
BVRIANO . II . VIR
I . D . II . VIR . QVINQ
TR . MIL . PRAEF . EQ
VRB

Ex eodem MS. Bibl. Vatic.

Brundusii.

85

DIIS . MANIBVS
C . LAECANI . C . F
SAB . BASSI . CAECINAE
FLACCI
III . VIR . A . A . A . F . F
VIXIT . ANN . XIIX

Ex eodem MS.

83. Quantum differat hac inſcriptio ab ea quae in Gruteri Theſauro edita eſt pag. CCCXCV. 1. conferentibus erit manifeſtum. L . A . D . D . hoc eſt; *locus adſignatus decreto Decurionum.* Decurionibus,& Auguſtalibus Nepeſinis datae ſportulae in dedicatione ſtatuae Cn. Cornelii Frontonis Nepeſini, itemque epulum Populo ab Otacilia Comice uxore ejus.

84. TR . MIL PRAEF . EQ . VRB . Videlicet; *Tribuno Militum, Praefecto Equitum Urbanorum.* Praefecti Equitum Urbanorum, itemque eorumdem Equitum Urbanorum nulla habetur mentio in Gruterianis, & in Reineſianis lapidibus. Solum memorantur Milites Urbani, ſive ut explicat Scaliger, Urbaniciani Cohortium Romanarum in 4. DXLII. & 15. MCIX. qui auctore Dione Libro LV. praeter Praetorianos, ab Auguſto inſtituti fuere, ut urbem tuerentur, & tumultus impedirent; fueruntque numero ſexmille in quatuor Cohortes diviſi, quarum unaqueque ex mille quingentis conſtabat; Sed cum vetuſti lapides plures Urbanas Cohortes fuiſſe teſtentur, quomodo id intelligi poſſit, ingeniose explicat Fabrettus Inſcriptionum antiq. Cap. III. pag. 127. Horum quoque militum Urbanorum, ſive Urbanicianorum meminit Paulus Idus L. *qui mittuntur* §. 4. D *ex quibus cauſis major.* Praefecti vero Equitum ex pluribus inſcriptionibus noti ſunt. Quare huic lapidi ſingularitatis praerogativa debetur.

Atinae, ante aram maiorem Aedis B. Mariae.

86

Q.HERIO.Q.F.TER.OCTAVIO.IVSTO.PATRONO
MVNICIPI . FLAM . DIVI . TRAIANI . AED
II. VIR. II. QVINQ. Q. II. OB. MERITA. EIVS
ATINATES.DEC.AVG.ARVANI.VI.VIR.PLEBS
VTRIVSQ. SEXVS . EX. REDITV . PECVNIAE
LEGATAE SIBI . L . D . D . D

Ex Dominico Panicali.

Effossa nuper juxta Ostia.

87

D M
M . VLP . AVGG . LIB
PROBVS . PROC
PROVINC.PANNONIAE
SVPER . ET . AFRICE
REG. TEVEST. VIXIT
ANNIS . LXXI . M . V
DIEBVS . XXIII
VLPIVS.F.PROBITAS
PRIVIGNA ET HERES
B M

Vidit Donius.

Sassinae, olim Arimini, in Aed. D. Bartholom.

88

C.GALERIO.C.F.ANI.IVLIANO
EQ.R.QVAESTORI.DVVMVIRO
CVRATORI . SASSINATIVM
CVRATORI . SOLONATIVM
FLAMINI. PATRON.COL.AVG
ARIMIN . ADVOC . PVBLIC
AMANTISSIMO . DECVRION
AMANTISSIMO . CIVIVM
SPLENDIDISSIMVS.ORDO.ARI
MINENSIVM MERITIS FIDEI
BONITATIS INNOCEN
TIAEQVE EIVS

Ex Philippo Antonino.

88. Non parum differt haec inscriptio a Codice Pighli, & Sirmondi, & a Schedis Marcanovanis, ex quibus edidit Gruterus pag. MCXV. 5. quem vide. Phil. Antoninus laevâ parte hujus aras haec notat. MEGETHI MEGER. *In*

In Caſtello Guey, *Agri Cenomanenſis.*

89
L A MAINIO . EQ.
OB EIVS MERITA
PLEBS VRBANA
SENONI D.

Ex Antiquit. Galliae Franciſci Ruaei a Des-rues.

Romae, prope Collem Quirinalem.

90
C. CAELIO. SATVRNINO. V. C
PRAEFECTO. PRAETORIO
C. CAELIVS. VRBANVS V C
CONSVLARIS
PATRI POSVIT

Deſcripſit L. Holſtenius.

Tuſcanellae in S. Petro.

D Ꝺ M
C. COPONI. CRESCENTIS
91 DEC. TVSCANIENSIVM
QVA EST. R. P. VETER. AVG.
LEG. XII. GEMIN. SIGNIFER
FECER. C. GAVIVS. PRISCVS
FIL. SCRIB. RESTITVTVS
HER. V. A. L.

Ex libro antiquo MS.

Hiſpelli in Umbria.

92
T. EPIDIVS. T. L. AVCTVS
VI. VIR. AVGVST

Ibidem.

93
L. TVRIVS. L. F.
IIII. VIR. AED.

Ibidem.

94
T. LATERIVS. T. F.
IIII. VIR. I. D.

Inter Schedas Donianas.

89. SENONI. D. Forte SENON. D. D. Civitas Senonum memoratur in Antiſſiodorenſi lapide in Aeduis apud Gruterum CCCLXXI. 8.

90. Aliter edidit Reineſius Cl. VI D. 27. licet Schedis Donianis.

91. Ex Langermano vulgavit hunc lapidem Reineſius Cl. VI. n. 29. verum mancum, & valde inemendatum. Tuſcanienſes oppidani recenſentur a Plinio Libro III. Cap. 5.

Utrariae

Utrariae [*nunc* Utrera] *in Baetica in Coenobio S. Francisci, marmoris fragmentum.*

. . . . . .
DOMESTICO SI . . . . . .
CANDIDAT . . . . . .
LAVDABIL . NOBIL . . . . . .
95 ER . . . . RE GEST . . . . . MIL . . . VANTIVM
. . . . . COMMONIRE . IVVATV . .
LEGIONIS . XI . . . . . .
. . . . . RE . PERFVNC
TVS . VERVM . ILLVD . IMPRIMIS
AD COMMENDATIONEM . SVI
PRAEFERT . QVOD . AEMILIO
PAPO . CLARISSIMO . AC . SEVE
RISSIMO . VIRO . AVONCVLO
SVO . SIT . PROBATISSIMVS
PRO PERPETVA GRAVITATE
PROQVE . CVRA . SVORVM . PA
RIA . PROPRIIS . INSTITVTIS
REPOSCENTI . CVIVS . ENIXVM
SOLICITVM . ETIAM . SVFFRA
GIVM . NON . MODO . AD . GRA
TIAM . A . TALI . VIRO INEVNDAM
NOS . PROVOCAT . VERVM . AD
SPEM . OPTIMAM . DE . CANDI
DATO . HABENDAM . NI . . . MV
NICIPIBVS . TANTO . SVFFRAGA
TORE . CONTENTVS . MINVS
SIBI . ET . . . . MIA . CLARISSIMO
RVM . VIRORVM . SVBSIDIA
PROMER . . . . . .
. . . . . .

Ex Roderici Cati Libello.

In fronte cuiuſdam aræ Aedis S. Martbae, in Oppido Martos *in Hiſpania.*

96

L.IVLIO.L.F.SER
CVLLEONI
IIVIR.
COL.AVG.GEM
D . D

Ex Inſcr. Ramberti.

Tolaſae, in Hiſpania, quo in loco pars turris e ſaxo quadrato ſupereſt, aliaeque collapſae; paulloque ulterius verſus montes aquaeductus arcus aliquot.

97

DIS . M.....
L.IVL.CAT.....
PROC
PROVINC.....
. . . . . .

Ex eodem.

Romae, in aedibus Creſcentiorum.

98

MVNATIO
PLANCO
PAVLINO
V.C.PRAESIDI
PANN.PER.ANN.XXVII
CREPEREIVS.AMANTIVS.V.C.
ET.CALISTIDIA.MARINA.C.F.EIVS
ABABO
SVO

Ex Schedis Martii Milefii.

98. In extremis lineis variat Reineſius, qui hunc lapidem profert ex V. C. Sirmondo Cl. VI. n. 61. quique eruditam explicationem adnexit, quam vide. ABABO. hoc eſt ABAVO.

Per-

Portunae, in Hiſpania.

99
M· VALERIO. M. F. M. N.
Q. PRON. GAL. PAVLLINO
IIVIR. LEG. PERPETVO
MVNIC. PONTIF.
PRAEF. FABR. FLAM
PONTIF. AVG. MV
NICIPES. ET. INCOLAE

Ex Inſcr. Bened. Ramberti.

Malacae, in Hiſpania, in columnae fragmento.

100
L. OCTAVIVS. L. F. RVSTICVS
L. CRANNIVS. M. P. BALBVS
AEDILES
VICTORIAE. AVGVSTAE
SACRVM. D. S. P
ANT

Ex eodem.

Lupiis.

101
D. M. S
L. LVPILIO. M. F. PRINCIP
IN. SEN. OMNIBVS HONORIBVS
IN. REP. LVPIEN. FVNCTO.
OB. REM. BENE. GESTAM DEC
VN. ORD. ET. PLEB. AER. PVB
MON. IN FORO SEP. Q. P. C
V. AN. LXIIX. M. IX. D. XXIX
OB. V. KAL. MAI

Ex Libro MS. Bibl. Vat. n. 5291.

Ibidem.

102
D. M. P. PACVRTIO. ANSIATI
L. F. III. LEG. TRIB. PATRIAE
LVPIEN. TVTORI. ORDO POP.
Q. LVPIEN. CIVI. OPTIME DE
REP. MERITO EX AERE PVB
MON. PON. PARIAQ. GLADIAT.
FIERI. C. V. ANN. XLVII. M. II
MOR. IDIB. QVINT

Ex eodem MS.

Fruſinone, ad D. Pauli.

103
A. AGNEIVS. L F. OVF. NIGER. II. VIR
A. AGNEIVS. L. P. RVFVS. F
A. AGNEIVS. L. P. OVF. SECVNDVS
A. ALLIENVS Q. L. CHRESIMVS
A. AGNEIA. IOCVNDA. TESTAMENTO
SVO. FIERI. IVSSIT

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Praeſentiani, ad Clivum Rufenum [alla Coſta Roſana]

104
M. AGRIPPAE. L. P.
PATRONO
RVFRANI VICANI
QVORVM. AEDIFICIA. SVNT

Ex Schedis Bibl. Vatic.

101. Haec, & ſequens inſcriptio Lupienſium ſuppoſititia videtur; conficta tamen ab aliquo viro in lapidum ſtudio non peregrino. LVPIAE, oppidum medio inter Hydruntum Brunduſiumque itinere in mediterraneis, teſte Strabone Lib. VI. & Pauſania in Eliacis Cap. XIX. qui ait priſco nomine Sybarim fuiſſe, atque in his portum ſuo tempore exſtare manufactum, Hadriani Caeſaris opus. Julius Capitolinus in M. Antonino Philoſopho ait Lupias conditas fuiſſe a rege Salentino Malennio, Daſummi filio. Vide Cluverium Ital. ant. Lib. IV. Cap. 13.

104. RVFRANI VICANI. Livio Lib. VIII. *Rufrium*, Silio Italico Lib. VIII. v. 568 & Virg. Aeneid. Lib. VII. v. 739. plurali numero *Rufrae*, Campaniae oppidum, a Samnitibus conditum, in extremis Hirpinorum finibus ultra Apenninum & Compſam ſitum appellantur. Huius lapidis auctoritate legendum eſt RVFRAE, non RVFAE, de qua lectione dubitat Cluverius Ital. ant. Lib. IV. Cap. 8.

Utriae , in Baetica; in ara maxima Eccleſiae B. Mariae de Menſa, *repertae ſunt quinque, vel ſex tabulae marmoreae, quae olim advectae fuiſſe videntur ex parietinis Oppidi diruti* Seſquileuca, *diſtantibus prope* Cabeça Alçacar .

L.MARCIVS.L.F.L.N.L.PRON.
C.ABN. QVIRINA. SATVRNIN
ANN. XIIX. MENSIVM. V.H.S.E
105 HVIC ORDO MVNICIPI . FLA
VII , SALPESANI , LAVDATIO
NEM . LOCVM . SEPVLTVRAE
STATVAM.PEDESTREM.IMPEN
SAM. FVNERIS . ORNAMENTA
DECVRIONATVS . DECREVIT
IDEMQVE . OMNES . HONO
RES.A POPVLO. ET. INCOLIS
HABITI.SVNT
L.MARCIVS L . F . QVIRINA . PROCVLVS . PATER
IMPENSAM.REMISIT

Ex Libello Hiſpanico Roderici Cari de Inſcriptionibus, & antiquit. Utriae.

105. ORDO. MVNICIPI. Hoc nomine Municipalis Senatus vulgo nuncupatur, nempe Decuriones, & Populus, ſive Plebs; hoc tamen diſcrimine quod in condendis decretis plebs ſententiam rogaretur. Conſulendus V. C. Noriſius in Piſana Cenotaphii, Diſſertatione I. Cap. III. & Illuſtriſs. Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranos in Hortanas Antiqoitates Lib. I. Cap. III. MVNICIPI FLAVI . SALPESANI . Alia Monicipia memorantur in vetuſtis ſaxis *Flavii* cognomine donata; quemadmodum apod Groterum, Monicipium *Flavium Arucenſe*, CCCCLXXVI. 1. Municipium *Flavium Axatitanum* CCCCXXXII. 7. quae in Hiſpania ſunt. STATVAE PEDESTRES in honorem praeſtantium virorum erectae in pedes ſtatuebantor; quae etiam vel ſedentes, vel alio ſtatu dedicari ſolebant. Adeundus Emundus Figrelius de Statols illuſtriom Romanorum Cap. XVII In ultimis verſibus eo modo ſupplendum lapidem duxi. Multa, quae adnotari poterant ex Roderico, praetermiſit Fabrettus Inſcr. ant. Cap. II. n. 249. qui ex eo non ſatis accurate edidit.

Aquilae

Aquilae.

106
Q. ATATINIO. Q. F
QVIR. MODESTO
PRAEF. FABR. BIS
TVBICINI. SACRORV
FLAMINI. ROMAE PRAE
FECTO CLASSIS MOESIC
P. ATATINIVS. FLACCVS
FRATRI. OPTIMO. AC PIISSIMO

Ex Sch. Manu Bibl. Vatic. & ex Lib. ant. MS.

Oſtiae.

107
L. VELONIAE. AVRAE
L. VELONIVS. L. LIB.
PATROCLVS. TAB
REIP. OST
CONIVGI. PIISSIMAE
FECIT. ET. S
IN. FRONTE. PED. XV
IN. AGR. PED. XX

Ex iiſdem Schedis.

Arimini, lapis repertus prope S. Andreae.

108
M. SVASANO. SERVATO
VI. VIR. M. SVASANVS
DEC..... VI VIR
MAESIA. IANVARIA
ALVMNO
OBSEQVENTISSIMO
D D D

Ex Commen. Caeſ. Clementini.

In Baſilica Lateranenſi.

109
RVFIVS. VOLVSIANVS. VC. XVVIR
RVFIVS. FESTVS. V. C. XV VIR.....
SEBASIMVS. PHILOSOPHVS.....
.....PONT.....
BRITTIVS. PRAESENS. V. C. P M
EVAGRIVS. PHILOSOPHVS
FL. ATTICVS. V. C.

Ex Schedis Manutianis Bibl. Vatic.

106. TVBICINI. SACRORV. *Tubicini Sacrorum.* Promiſcue ſcriptum in antiquis lapidibus *Tubicen*, & *Tibicen*. Tubicines Romani, qui ſacris publicis praeſto erant, quanto in honore fuerint, & quam facilem ad dignitates, & praeclara officia aditum apud Caeſares habuerint, declarat vetus inſcriptio Formiis a Grutero edita cccexci. 10. ex qua Tubicinem Sacrorum in eo Municipio Aedilem tertium, Augurem, & Interregem fuiſſe intelligimus. In Sacris veteres adhibuere Tubicines; qui ſi repente conticuiſſent, piaculum exiſtimabant. Collegium eorumdem Romae memoratur in lapide Reineſiano Cl. I. n. 167. quorum opera ad religionem plurimum pertinuit, cum ſine ipſis ſacrum nullum fieret. Quod vero tibiarum concentus ſumma cum ratione ſacris omnibus adhibitus fuerit, diſertiſſime oſtendit magni nominis vir Benedictus Avetanius in Diſſert. LXIII. in Anthology., qui de Tibiis veterum perquamluculenter egit. Tibicinibus ſocii additi Fidicines, qui integrum Collegium faciebant, quod nominatur in Romano lapide apud Gruterum CLXXV. 10. Tibicines duplices tibias inflantes ſculptos referunt quampluta edita anaglypha; quae facta populi Romani exhibent, ſed Fidicines nullos hactenus vidi ſculptos in marmoribus, qui fidibus canant quum fit ſacrificium. Fidicines quoque in ſacris adhibitos docet praeclarum Romanum marmor, in quo ſacris publicis praeſto eſſe cum Tibicinibus dicuntur. Diſcere id quoque colligi poteſt ex Horatio Lib. I. Carmin. Ode XXXVI. qui votivum ſuum ſacrificium declarat pro reditu Pomponii Numidae. Lyram item adhibitam in ſacrificiis idem oſtendit Lib. IV. Ode I.

Me-

Mediolani, Tabulae marmoreae fragmentum effoſſum in aede D. Victoris.

110

I. TRACHALO
PLEBIS. PR. COS
VIR. EPVLONVM
OS. PROVINC. AFRIC
RONO. DD

Ex Schedis Vaticanis.

Pentinae olim Corfinii.

111

C. ACCAVO. C. F
SER. FRENTIONI
IIII. VIR. I. D
SENTIA. P. F. MATER
DE SVO FE

Deſcripſit Jo. Petrus Stephanonius.

Arimini, lapis repertus prope S Andreae.

112

L. BETVTIO. L. F
PAL, FVRIANO
AEDILI.....ET..
PLEB.....
....PLEBS. VRBANA
EX. AERE. CONLATO
OB. HONOREM. AB. EO
INTEGRE. ET. SINE
AMBITIONE
ADMINISTRATVM
L. D. D. D

Ex Comm. Caeſ. Clementini.

Pentiniae, olim Corfinii.

113

SER CORNELIO
SER. F. P. NEP. P. PRO
NEP. P. ABNEPOTI
DOLABELLAE. MET
LIANO. POMPEIO. MAR
CELLO. III. VIR. A. A. A F. F.
SALIO. PALAT. QVAESTORI
DIVI. TRAIANI. PARTHICI
SEVIR. EQVIT. ROM. TVRM.
III. PR. COS. FLAM. QVIR
CORFINIENSES. PVBLICE
PATRONO

Deſcripſit idem Stephanonius.

110. Perſpicuum eſt ex hoc lapidis fragmento P. Valerium Trachalum fuiſſe Patronum Mediolanenſium. Conſul fuit cum Silio Italico anno Urbis 821. Chriſtianae aerae 68. cuius ſit mentio in Romana Tabula edita in Gruteriano Theſauro pag. ccc. 1. Fuit Tribunus Plebis, Proconſul, Septemvir Epulonum, & Proconſul Provinciae Africae.

112. Eidem L. Betutio Furiano exſtat apud Gruterum aliud marmor dicatum a Collegio Centonariorum Ariminenſium pag. MXCI. 12. Patria ejus fuit Ariminum, in qua multis dignitatum gradibus honorifice functus eſt. Floruit imperatore Nerva, cuius Flamen fuit. Statua publico in loco honoratum fuiſſe docet haec inſcriptio, poſita a Plebe Urbana, ex aere conlato.

113. CORFINIENSES. Corfinium Pelignorum gentis caput fuit, auctore Strabone Lib. V. Oppidum antiquiſſimum *validis muris circumdatum*, ut cecinit Lucanus Lib. II. Vide Cluverium Ital. ant. Lib. II. Cap. 14. In eo natum ferunt Silum Italicum Poëtam.

Jo.

Jaderae.

114
Q V I N C T I L I V S . O P T A T V S
IIIIII . VIR . VIVOS . SIBI . F
ET . Q V INCTILIAE . ARBVSCVLAE
MATRI
ET . NVMISIAE . PVSILLAE
LATVM . PEDES . XX
LONGVM . AB . VNDA . AD . MACERIAM
. . . . . .

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Saguntí.

115
C . L I C I N I O
C . F . G A L
C A M P A N O
AED . II . VIRO
F L A M I N I
E X . D . D

Ex iiſdem Schedis.

In Oppido Monte Milonis, in Piceno.

116
L . HOSTILIO . L . F . AEM . TVLLO
FIL
DECVR VRBE
SAL VIA

Ex iiſdem Schedis.

Aquini, ante Eccleſiam Cathedralem.

117
C . MARCIO . L . F .
CENSORINO . COS .
AVGVRI . PATRONO
D . D

Ex iiſdem Schedis.

Interamnae, ſupra portam S. Nicolai in Vitis.

118
. . . . VS . T . F . PANS A . IIII . VIR
. . . . . T . F . MASVRA . MATER

Ex iiſdem Schedis.

Caſiliani.

119
N . ARIO . SEX . F . CLV
II . VIR . I . D
PRAEF . SACR . TR . MIL

Ex iiſdem Schedis.

114. LONGVM . AB . VNDA . In aedificiis ſepulcrorum, ut ingenue fatear, quid ſit VNDA, neſcio. Mendum in hac voce cubare puto. Forte AB . VRNA; ſcilicet a ſepulcro. Urnarum marmorearum defunctis poſitarum fit mentio in Romanis Titulis apud Gruterum DXC. 4. DCLXXIII. 12. & in alio apud Reineſium Cl. I. 240.

117. C. Marcius Cenſorinus, ut legitur in Tiburtino Cippo, viarum termino, apud Gruterum pag. MLXXVIII. 10. cum C. Aſinio Gallo Conſul fuit, anno ab U.C. 747. vel ex Faſtis Anonymi, 746. ante Chriſtum natum vel octo, vel novem annis. His Conſulibus luſtrum Romae factum eſt, in quo cenſa ſunt Civium Romanorum capita quadragies centum millia, & ducenta triginta tria; quod docet Ancyranum Fragmentum a Grutero editum, pag. CCXXX. 2. Igitur ex hoc marmore diſcimus Patronum Aquinatum eum fuiſſe; ac fortaſſis ejus patria Aquinum, cuius Augur fuit.

119. PRAEF . SACR . Hoc eſt *Praefectus Sacrorum*; cuius dignitatis habetur mentio in Romano lapide apud Reineſium Cl. I. 270.

Prae-

Praeneſte.

220 Q. VERRIO . Q. F. PAL.
FLACCO
SEVIRO . AVGVSTALI
CVRATORI . MVNERIS
PVBLICI
DECRETO . STATVAM . ET . FAS.
ORDO . DECVRIONVM . ET . AVGVSTALIVM
ET . PLEPS . VNIVERSA . S . P . P . P . D . D

Ex Schedis Vaticanis.

Cremonae, in Aede B. Mariae.

L. IVNIO . L. F . M. N
221 L. PRON . GAL . RVFO
IIII. VIR . PONT. AVGVST.
QVATTVORVIR . A
POTEST . CAVSA
EQVITES . ROMAN
AERE . CONLATO
P

Ex iiſdem Schedis.

220. STATVAM . ET . FAS. Interpretor *Statuam, & Faſtigium*. Singulari quidem huius honoris exemplo in antiquis inſcriptionibus. Nam in Gruterisno Thesauro faſtigiorum cum ſtatuis publico decreto dedicstorum viris illuſtribus, ſi bene obſervavi, nulla fit mentio. Fsſtigium inauratum in exornanda aede Pomonis factum, item podium, pavimenta msrmorea, & parietes opere tectorio condecoratos, adnotavi in Salernitano marmore prope Neapolim, in 11. XCIV. Capitula quoque & faſtigia columnarum memorsntur in antiquis lapidibus; vide Sponium p. 190. in Miſcellsn. Faſtigia templi apud Jul. Obſ. de Prudigiis. De his fsſtigiis Vitruvius de Architectura Lib. V. Cap. 1. atque aliis in locis. Verum, quod nam fuerit faſtigium praeclaris viris optime de republica meritis decretum, intelligi potest ex Ciceronis Philippica ſecunda n. 43. in qua ita M. Antonium adloquitur, qui in honoranda Caeſaris mortui memoris diligens videri volebst. *Et tu tu Caeſaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem is bonorem maiorem conſecutus erat, quam ut haberet puloinar, ſimulacrum*, FASTIGIVM, *flamines?* Idem *faſtigium* domui Jul. Caesaris; ex Senatus decreto, impoſitum, ornatus ſplendoriſque cauſſa, memorat Plutarchus in ejus vita, & ἀκρωτήριον appellat. L. Florus Lib. IV. Cap. 2. & Suetonius idem ſignificsvit in ejus vita Cap. 81. Ex quibus infert doctiſſimus Petrus Victorius Lib. XVII. Var. Lect Cap. 18. formam tecti domus Caeſaris, diverſsm ſuiſſe ab ea, quae in privatis domibus eſt, eumque faſtigiatum fuiſſe, ornatu proprio templorum, & ſacrarum aedium; quum aliarum domorum tecta ſint plana. Notst inſuper in numiſmate Q. Catuli, in quo Capitolium ſculptum eſt inciſis litteris DEDIC. CAPIT. aliquid adfixum adnexumque apparere, quod faſtigium eſſe putat. *Faſtigii*, ut ego obſervo, fit mentio & in ſacris Litteris Lib 11. Regum Cap. 18. *David autem ſedebat inter duas portas; ſpeculator vero, qui erat in faſtigio portae ſuper murum, elevans oculos, vidit hominem currentem, ſolum.* Ex quibus intelligo faſtigium eſſe aedificium quoddam ſupra portam adiundum ampliſſimis aedibus, quod & hodie pluribus pslatiis adplicitum cernitur, & pstrio ſermone dicitur *il terrazzuo*: vel ſi continuatum ſit per totum palatium *i corridoj*. Sed aliud fuiſſe puto faſtigium eum ſtatuis deercum praeſtantibus viris. Quum enim ſtatuae communiter ſuper baſes in ſolo ſtsuerentur, vel maioris honoris cauſsâ ſuper arcus, vel ſuper eolumnss, vel ſuper aras dupliees, adiundis baſibus, ut altius attollerentur, ex Gruterianis VII. 1. XLIII. 10. MLXIII. 5. faſtigium decretum ſummis viris fortaſſis aliquod ſuit aedificium columnis ſuffultum, ſupra quod ſtatuae eorum, ut ab omnibus viderentur, in ſublime erigebantur, quo honoris genere affectus Q. Verrius Flaccus a Praeneſtinis. Corruptum hunc lapidem protulit Sponius in Miſcell. pag. 194. ſine explieatione.

Romae

Romae, in Vinea D. Leonis Strozzii.

122

M. IVLIO. M. F. ANN
SVRAE. MAGNO
ATTALIANO. PR. CV
TRIB. PLEB. K. Q. VR
SEV..... TRVR
DA.....O

Vidit Donius.

Pentimae, olim Corfinii.

123

RVTILIAE. C. F
PAVLINAE SEVIR
AVGVST. PATRONAE
OB. MERITA. PATRIS. ET
IPSIVS. P

Deſcripſit Stephanonius.

Valent. in lapide Tiburtino eleganter ſculpto, litteriſque affabre factis, ſed ob vetuſtatem, & imbres pene fugientibus, exornato encarpiis, & hinc gutto, hinc patella.

124

D M
M. ACERRANO.... F. AE..
SECVNDO. IIII. VIR
Q. Q. DES
PONTIFICI. PATRONO
MVNICIPI. LIB. QVE. ET
HEREDES
EX TESTAMENTO

Idem Deſcripſit.

122. M. IVLIO. M. F. ANN. Forte ſcriptum cum compendiaria nota; lego ANIEN. ex *Anienſi* Tribu. vel ARN. ex *Arnienſi*, Nullam enim Tribum hoc nomine *Anniam* fuiſſe reperio.

123. SEVIR. AVGVST. Id eſt; *Seviri Auguſtales*. Ob merita patrum non ſolum filiis verum etiam filiabus plerumque delatus honor patroeinii; & quemadmodum ſummi viri PARENTES eorumdem Municipiorum, Coloniarum, & Collegiorum appellantur, ut dixi ad Arretinorum lapidem ſaepius laudatum; ita clariſſimae feminae eorumdem Patronae, MATRES honoris gratia nuncupantur. Exempla dedi ex aeneis Tabulis Muſei Albani, & ex Grutero in 6. CCCCXLIII.

Romae, ad arcum, qui dicitur la Ciambella, *nuper dirutum, in Thermis Agrippae, prope domum Ludovisiorum.*

125



Ex Schedis Martii Milesii.

En Villanueva de los Infantes, *ad januam Domus Hieronymi Navarri.*

126



Ex Joban. Bapt. Valent.

Saffinae, lapis advectus Arimino, ubi olim fuit prope Aedem D. Bartholomaei.

127



Ex Comm. Caes. Clementini. & Phil. Antonino.

125. Paullo aliter descriptus hic lapis apud Reinesium Cl. VI. 130. qui exstare dicitur in horto sub vinea Medicea. Sed locus ubi erutus fuerit non notatus. Annianus, qui in hoc marmore laudatur, ut arbitror, is est, qui consul fuit anno U. C. 1066. Chr. 314. cum C. Ceionio Rufio Volusiano iterum consule. Vide Relandi Fastos pag. 491.

125. Tabulariis Vicesimae Hereditatium dati Adiutores leguntur apud Gruterum pag. CXC. 10. Eidem muneri vacarunt Augustorum liberti, Procuratores, Subprocuratores, Exactores, a Commentariis Vicesimae hereditatium, & ab auctoritatibus rationum hereditatium, quorum officia loco suprascripto a Grutero exhibentur. H. S. E. S. T. T. L. nota est singularium explicatio: *Hic situs est. Sit tibi terra levis.*

127. Faesselliorum clarissimum fuit nomen apud Ariminenses, quos eives amantissimos patrocinii honore, & hospitali tessera valde coluere. Perspicue id intelligitur ex alio lapide eorumdem Ariminensium, edito in Gruteriano Thesauro pag. MXCIV. 2. in quo C. Faesellius Rufus laudatur, Patronus Coloniae Ariminensium, itemque Vicanorum Vicorum septem, & Collegii Fabrum, & Centonariorum; quod liberalitatea in patriam eivesque a majoribus suis tributas, exemplis suis superavisset. L. vero Faesellius Sabinianus statuae honore aceepto, impensam remisit. PROSPERI, secundum quoddam eognomen gentis Faesselliae, additum honorario elogio, cujus moris exempla congerit Fabrettus Inscr. ant. Cap. II. pag. 99. 100. 101. & 102.

Basi

Basis effossa in Foro Traiani, anno MDXCII.

128

. . . . . .HONOREM
. . . . . IS HONO
. . . . . VM GVBER
. . . . . BIS A TVRANN
. . . . . .ONI DEDIT CONSVL
. . . . . AETATIS. ANNO ADEP
. . . . . .ODOSIO. ET. VALENTINIANO AVGG
. . . . . .RNIS NVLLO AMBITV
. . . . . S. FACTVS. QVANTVM RE
. . . . . EBATVR. AVXIT. GLORIAM
. . . . . EGIS LABORANTIBVS A D D
. . . . . A SENATV MANDATA LEGATIO
. . . . . TVNISSIMAM. TESTATVR EFFECT
. . . . DIGNA. MAIORIBVS SVIS ET PRORSVS
. . . . S. ORATIO TVM AD FATVS SACER AF
. . . . . OSTVLATIS. UB QVAE ORDO SVBLIMI
. . . . OMANVS. ALTERAM EI STATVAM DEC
. . . . . CERTANTIBVS POPOSCERVNT TA
. . . DENTISSIMIS CLEMENTIBVSQVE PRINCI
. . .CELERITATE DELATAM VT PETITIO ILLO
. . . . . FICIO PRAEVENTA CREDATVR
. . . . . .

Ex Schedis Bibliothecae Vaticanae.

Vicentiae, in domo Gratianorum.

129
C. RESIVS. M. F. SEVERVS
IIII · VIR
I · D

Ex Antiq. Vinc. Trinagii.

Ibidem in Aede S. Crucis.

130
L. FABIVS. L. F. LVCAEVS
IIII VIR

Ex eodem, & ex Schedis Vaticanis.

In Via Appia, inter Templum Sancti Sebaſtiani, & aediculam dictam: Domine quo vadis; in epiſtylio cuiuſdam monumenti, cuius baſis conſtat ex ſaxo Albano, ubi multa ſtatuarum fragmenta reperta ſunt.

Inter Aquilam, & Solmonem.

131
P. CAESIENVS · VIB. F
AED.....PRAEFEC·IV
. . . . . .

Deſcripſit Stephanonius.

132
CN. FVLVIVS. CN. F. PAL. MAXIMVS
VI. VIR. AVGVST. CVR. VIARVM

CN. FVLVIVS CN.....
COS. PR. TRIB. CO....

III VIR II ARVAL

Ex Lib. ant. MS. Bibl. Vatic. qui erat Fulvii Urſini.

In domo Card. Gymnaſii, literis elegantibus, & contra quam in aliis ſolet eminentibus, non intus cavatis.

133
ILLE. EGO QVI QVONDAM PRE
PAVCISQVE. DIEBVS
PRAETEXTATVS. AGRI. IVDEX. FINIS
QVE. REGENDI
IVSTITIAM. COLVI. MATREMQ
AEQVALITER. AMBAS
HIC. SVM QVEM. CERNIS. NVNC
CASSIVS. AGRIPPINVS

Vidit, & exſcripſit Donius.

Interamnae, in Domo Julii Naculae.

134
L . AVTRONIVS
L. F . CLV. CAVSVS
TR . MIL . IIII . VIR
I . D

Dedit Hieron. Alexander.

In Insula Co, lapis infertus parieti cuiusdam Ecclesiae.

135
ΔΙΟΝΤ
ΣΙΟΤ ΠΟ
ΛΕΩΣ ΚΩ
ΩΝ ΟΙΚΟ
ΝΟΜΟΤ

Descripsit Petrus a Valle.

Arimini, in Caenobio Sacrarum Virginum D. Sebastiani.

136
SALVTI . EX . VOTO
Q. PLAVTIVS . IVSTVS
AEDIL . ARIM.
N . S . ET . CASSIAE . THREPTE
S . ET . Q. PLAVTI . VERECVNDI
F . S . AEDEM
SA . DED
H . A . S . A . H . LL . Q . D . R . I . H . A

Ex Comment. Caes. Clementini.

Neapoli.

137
C. CAELIO. C. F. PAL. VERO. QVAEST. ALIMENT.
C. IVLIO . SEVERO . M . IVNIO . RVFINO . SABINI
ANO. COS. III. NONAS DECEMBRES . . . . . .
multa desunt, quae sunt attrita.

Ex Libro MS. ant.

Tripoldi.

138
D. COTTIVS. D. F. GAL. FLACCVS. AED. Q. PR
II VIR . CENS . EX . D . D . MANILIA . VXOR

Ex eodem Libro.

135. *Dionysii Civitatis Coiorum Dispensatoris.* ΚΩΩΝ. legendom ΚΩΙΩΝ. Vide oommos in honorem Medicorum percussos.

137. Io Gruteriano Thesauro pag. cccxciv. 3; inemendata, & manca affertor haec inscriptio, praetermisso loco ubi existet; quam etiam ex eo producit Relandus in Fastis Consularibus pag. 23. ut ostendat Severum, & Sabinianum Consules non suffectos, sed ordinarios fuisse anno U. C. 907. Christi vero 155. Co-

Capuae, ante Aedem S. Andreae, in pariete Domus Oliverii . . . . .

139

D · M · S
Q · A N N I O · I A N V A R I O
E X A C T O R I · O P E R V M · P V B L
E T · T H E A T R I · A · F V N D A M E N T I S
H V I C · O R D O · D E C V R I O N V M
O B · M E R I T A · E I V S · H O N O R E M
A V G V S T A L I T A T I S
G R A T V I T V M · D E C R E V I T
V I X I T · A N N · L X X I · V I V O S
S I B I · F E C I T · P O S T E R I S Q · S V O R.

Ex Libro antiquo MS.

Sueſſae in Horto Epiſcopi.

140

L · A L B A N I O · A · F
Q V I R · S A T V R N I N O
C O S · P R O C O S
P R O V · A S I A E · L E G · A V G ·
P R · P R · P O N T I
E T · B I T H · P R O V ·
P R O C O S · P R O V ·
A C H A I A E · P R A E F
. . . . . .
. . . . . ; . . . .

Ex eodem MS.

Fundis, in Turri prope Domum Epiſcopi.

141

C · V A L E R I V S · C · F · T R I A R I V S
M · R V N T I V S · L · F · M E S S I A . . .
I T E R · C · A F I E D I V S · C · F · S E X S T I . . .
E X · S C · F · L O C A V E R V N T

Ex eodem MS.

Apud Caſtrum in Agro Tiburtino.

142

M · A C E N N A E · L · F
G A L · S A T V R N I N O
P R O C O S · P R O V I N C · B A E T I C ·
P R · P R · Q V A E S T O R I
A T I L I A · L · F · B A L B I L L A
M A R I T O · O P T I M O

Ex eodem MS.

Sulmonae, in quadam ara ad D. Franciſci.

143

L · A V I L L I O · L · F · S E R ·
C R A S S O · A N N O R V M · XIII
L · A V I L L I V S · S E X · F · S E R
C R A S S V S · IIII VIR · I · D
P A T E R · F I L I O · E T · V E T T I A E
L · F · S E C V N D A E · V X O R I

Ex eodem Libro.

139. Mutila in quarto verſu, lineiſque aliter diſpoſitis affertur haec inſcriptio a Gruteio pag. CCCLIV. 7. Integram exhibuit, & perdoctо commentario illuſtravit Vir pereximius Alexius Symmachus Mazochius de Campano Theatro Cap. VIII. pag. 157. quem operae pretium eſt ut conſultat benevolus Lector. De ſinceritate igitur lectionis quartae lineae minime dubitandum, accedente auctoritate antiqui MS. ex quo deſcripſit Donius noſter.

Apud

Apud Vadimum, olim civitatem Liburniae.

C. LARTIO. SABINIANO
OFFICIALI. NAEDITARVM. RARI
144 SSIMO. VITAE. INCORRVPTAE. ANN. XXXII
M. III. PATRI. FILIORVM. II. MAGIA. MAXI
MIANA. CONIVGI. INCOMPARABILI. CVM
QVO. VIXIT. ANN. XV. VIRGINIO. INFELICISSIMO
M . P

Ex eodem Libro.

Atinae, Baſis marmorea in Aede P. Petri.

C. VETTIO. COSSINIO. RVFINO. CVM. PRAEFECTO
VRBI. COMITI. VIN. CORR. CAMP. CORR.
TVSCIAE ET. HISTRIAE. CVR. ALVEI. TIBERIS
145 ET. CLOACAR. SACRAE. VRBIS. CVR. VIAE
FLAMINIAE. PROCONSVLI. PROVINCIAE
ACHAIAE. SORTITO. PONTIFICI. DEI. SOLIS
AVGVRI. SACRO. PALATINO. ORDO. POPVLVSQ.
ATINAS. QVOD. IN. CORRECTVR. EIVS QVAE
SAEVISSIMAM. TVRANNIDEM. INCVRRE
RAT. NVLLAM̄. INIVRIAM. SVBSTINVERIT
PATRONO. DICATISSIMO

Ex Collectaneis Dominici Panicalis.

Venafri, in Coenobio S. Auguſtini.

P. LVCANIVS. L. F. TER. QVADRATVS. IIVIR.
146 AVGVR. Q. II. BALNEVM. A. SOLO. PEC. SVA. DEDIT
CASSIA. P. F. VXOR. ET. LVCANIA. P. F. PROCVLA

Ex Libro antiq. MS.

144. Perturbato linearum ordine, maucam, & inemendatam affert Reineſius Cl. VI. n. 57. Sed quod eo modu, uti exhibet Donius, in marmore deſcripta ſit, facile adducur ut credam, quod ita affertur in antiquu Codice MS. penes Illuſtriſs. Gregorium Redium, Patricium Arretiuum, ex Equeſtri Ordine, pag. 149.

145. SORTITO. PONTIFICI. DEI. SOLIS. qui ſcilicet conſecutus fuerat dignitatem pontificatus Dei Solis. Eadem phraſis occurrit in Romanu lapide apud Gruterum pag. CCCCXXVII. 2. AEVIRO. VRBANO. TRIBUNO. SORTITO. P. H. ut interpretur, *Sortito Pontificatus honorem*. & pag, DLXXXIX. 7. QVI SORTITVS EST IN CUNTVERNIO AVU VXUREM. AVGVRI. SACRU. PALATINU. In Palatinu monte Augurum erat Collegium, lucuſque in quu conveniebant, AVGVRATURIVM appellatum, cuius meminit P. Victur, & vetus inſcriptiu penes Gruterum p. CXXVIII. 4. ex qua diſcimus Auguraturium dilapſum, a ſolo pecunia Imperatoris Hadriani reſtitutum fuiſſe. *Spoleti.*

Spoleti.

147 M. IVNIVS. M.F.
HOR. FLAVOS
PATRON. COL.
L. D. D. D

Ex eodem MS.

Atinae fragmentum.

148 F.C.MARRIO.M.F.SER.L.TER
II. VIR O.Q. ITER.QVINQ.

Ex eodem MS.

Cupuae.

149 P.FLAVIO.MENANDRO.AFRICANO.C.I
IIII . VIR . VIAR . CVRANDARVM
FILIO . DVLCISSIMO . ET . INCOMPA
RABILI. GAVIA. PROCVLA. L. F. MATER

Dedit Pomponius Garilianus Campanus.

Ibidem, in Aede Conceptionis B. Mariae, meridiem verſus.

150 M . VALERIO
HOMVLLO
COS
PATRON . COL
D . D

Idem dedit Donio.

Ibidem, in Aede DD. Coſmi, & Damiani, verſus meridiem.

151 L . SORA . L . F .
L . ARRIVS . M . F .
IIII . VIR . D. V. D. S. S.
TERM. C

Ex eodem Gariliano.

150. Poſtremis lineis aliter diſtributis edidit Gruterus p CCCCLXXXVIII. 10. qui exſtare dixit in Agro Capuano, M. Valerius Homullus Patronus Coloniae Capuae conſul fuit cum *Mr.* Acilio Glabrione anno V. C. 904. Chriſti 152. Variant lapides in quibus OMOLLVS. HOMOLLVA. & HOMVLVA legitur. Ita quoque in editis Plinii epiſtolis a Paulo Stephano anno 1601. Lib. IV. Epiſt. 9. habetur *Titius Homullus*, pro *Valerius Homullus*, cui pro Vareno Rufo cauſam egit, cuius jocos Antoninus Piua ſemper patienter tulit.

Extra

Extra Ticinum, in Coenobio S. Salvatoris Benedictinorum ad Puteum.

152
L. TITIVS. C. F.
MONTANVS
VI VIR. AEDIL
II. VIR. SIBI. ET
C. TITIO. C. F. POL
LANONI
PATRI

Ex Adverſ. Aldi Manutii.

Eruta in Via Appia.

153
L. CORNELI. L. L. SASAE
MAG. VICI. VIRIDIARI
MONVMENTVM
CORNELIA. L. L. CALETYCHE
CORNELIA. L. L. AMMIA
PATRONIS. SVIS. FECIT
DIGNIS. ET. MERITIS
PRO. EORVM. PIETATE
ET. SIBI. ET. SVIS

Dedit Donio Iſaac Voſſius.

Romae, in Aede S. Salvatoris in Curte, in gradibus Abſidis.

154
INCIAE. MAVRITANIAE. TINGITANAE
NI. PROCVRATORI. ET. PRAESIDI. PROVI
ORIENTEM. PRAEFECTO. MESOPOTAMI

Donius vidit, & exſcripſit.

Romae, marmoris fragmentum.

155
ARIAM . PERTINET . . . . . .
SEMPRONIVS . NIGER . . . . . .
MANCIPAVIT . HS . L . N . COL
INVICTI . OB . HONOREM . DAT
SVPRASCRIPTO . EAMQVE . A . . .
C . IVLIVS . APOLLONIVS . A
CLVSIT . MVNIVITQVE DE SVO
DONVM . DEDIT . CVRATORIBVS

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

153. Edita & haec apud a Fabrettum capite I. n. 26. ſed praetermiſſo loco ubi eruta fuerit, & integra quinta linea. In prima linea habet L. CORNELI. L. L. GISIAE. Apud Gruterum pag. DCXXI. 2. ſcriptum eſt SASAE. MAG. VICI. VIRIDARI. Verum in pluribus aliis lapidibus a Fabretto editis ſcriptum legitur non VIRIDARIVM. ſed VIRIDIARIVM, in quo ſaepe condita veterum ſepulcreta. Vide Cap. III. n. 279. n. LXI. & LXII. pag. 225. & in Florentina Urnula in Par. I. pag. 227. n. 7.

155. Integra linea mancam edidit Fabrettus Cap. I. n. 284. ac paullo diverſam.

Fani.



Ex Schedis Vaticanis.

Ticini.

157 L. VALERIVS. D. L. DORCO. VI. VIR SIBI. ET. BADIAE. MATRI. ET. L. SEXTILIO. PHILODAM. ET. VALERIO. EROTI. CONLIBERTO. ET. VALERIAE. SEXTILIAE. CONLIBERTAE. ET. CALVINAE. SECVNDAE ET. CALVINAE. T. F. I. . . . . .

Ex iisdem Schedis.

Capuae.

158 M. CARMEIO
GRATISS.
AVGVSTALI
CAPVALI

Ex Libro MS. veteri.

Venetiis.

159 Q. ACVTIVS. Q. F.
DIOMEDES. IIIIVIR

Ex eodem Libro MS.

Fani.

160 C. COSSONII. C. F. CAPRIOLI
IIIIII VIR. AVG. ET. COSSONIAE
C. LIB. IONICAE. PARENTIB.
IN. EXEM. PIISSIM. CASTA. FIL

Ex eodem Libro.

Comi.

161 L. IVLIVS. MAXIMVS. OVF. VI. VIR. SIBI
ET. SECVNDINAE. SECVNDINI. F. VXORI
OPTIM. ET. SYMPHORO. LIBERTO. ET
BLANDAE. ROMANI. F. MATRI. SVAE

Ex Libro ant. MS.

159. Vide quae de Acutiis notat Reineſius Cl. VI. n. 1. Acutii memorantur & in Romano lapide apud Fabretum Cap. X. n. 374.

161. Fortaſſis hic L. Julius Maximus ille eſt ad quem ſcribit Plinius Secundus Lib. II. Epiſt. 13. quem vide. *Sul-*

Sulmonae, juxta portam, quae dicitur delli buon Uomini.

162
D . M . S
P. OCTAVIO. P. L. PARDO. SEVIR.
AVG. ET. P. OCTAVIO. ATTICIANO
FILIO. PIENTISSIMO. OCTAVIA
ATTICILLA. ET. SIBI. P. OCTAVIO
P. F. EVTVCIANO. SCRI. SVL. P

Ex Libro ant. MS.

Venafri, in Templo S. Auguſtini.

163
C. MANILIVS. FORTIS. AVGVSTALIS
PATRON. COLLEG. ET. LVCVLLANA
SPECIES

Ex eodem MS.

Romae.

164
D . M
C APIDIVS
PROCVLVS
SCRIBAE. AED. CVRVL.
PRAEF. FABR. ET
CASSIA . PRISCA
VXORI CASSIO . PRISCO
SCRIBAE. AED. CVR. FRATRI
PIENTISSIMO
PARENTIBVS SVIS
FECIT

Ex Schedis Donianis.

In Civitate Aquenſi [Acqui] *ſub anaglypho, in quo ſculpta Lupa pueros lactans.*

165
T . LOLLIVS . T . L
MASCVLVS
IIIII VIR
BODINCOMAGENSIS
POSITVS PROPTER
VIAM VT DICANT
PRAETERIENTES
LOLLI AVE

Ex iiſdem.

162. SCRI . SVL . P. Fortaſſis *Scribae Sulmonenſium poſuit.*

165. Edidit hunc lapidem Gruterus, ſed alia facie, ut conferentibus conſtabit p. CCCCXXXI. 5. Quare minime mirum ſi doctis viris conficitia inſcriptio viſa fuerit, ut advertit Cluverius Ital. ant. Lib. I. Cap. X. Auctoritate alterius lapidis apud eumdem Grut. DLV. 7. retinendum eſt BODINCOMAGENSIS. non autem BODINCOMENSIS. Bodincomagum opidum memoratur a Plinio Lib. III. Cap. 26.

Ibidem, ſub ſtatua marmorea viri, qui pugiliares, & ſtylum in manibus tenet.

165
L. CANINIO. P.F.
VALENTI
PROCVRATORI. IIII.
PVBLICOR. AFRICAE
P. CANINIVS. C.F. PATER
SIBI. ET FILIO
V . F

Ex iiſdem, & ex MS. Vatic.

Ibidem, ſub anaglypho in quo tres viri ſunt ad menſam ſedentes, miniſtrantibus ſervis.

167
M. VALERIO M F
TROMENTINA
CRESCENTI
VI VIRO PATRI
ET BAEBIAE C F
TERTIAE AVIAE
VALERIA M F
MARCELLA
D . S . P .

Ex iiſdem.

*

168
D M
L. PVBLICI APRONIANI
P P
PATRONI MVNICIPI
RICINIENSIVM
L . PVBLICIVS
FLORIANVS
TRIB . COH .
VIIII

Donio dedit Ignatius Braccius Praepoſitus Recinetenſis.

Albacinae Fabriani;

169
L. TIT . . . . . .
FELICI . . . . . .
ORNAME . . . . . .
MVNICIP. T . . . . . .
ET. SEPTEM. PP. . . . . .
COLLEGIVM. FABR. M. . . .
TVTICANI. MERTIL. . . .
EDITIONEM MVNERIS GLA
DIATORII. QVOD. PRO. . . . .
IMP. . . . . ANTON. . . . . .
AVG. EX. PECVNIA. SVA. EDID. . . .
ET. MOX. HONESTA EPVLATIONE
VNIVERSOS. SIT. PROSECVTVS
CVIVS. DEDICAT. DECVRION.
SING. H-S. VIII N. ET. CETERIS
VTRIVSQVE. SEXVS H-S IIII. N. DEDIT
L . D . D . D

Inter Schedas Donianas.

Ibidem.

170
L . SIBIDIENO
L . F . OVF .
SABINO . TRIB .
MIL. PROC .
PROVINC. AFRIC.
PATR . MVNIC .
T . P . I

Inter eaſdem Schedas.

163. RICINA Colonia, & Municipium Romanorum, quod fuit circa civitatem hodie *Maceratam*. Plinio Lib. III. Cap. 13. oppidani *Ricinenſes* appellantur; verum in noſtro lapide RICINIENSES; quae leĉtio veritati certe propior. *Ibi-*

Ibidem.

171

STERTINIAE. L.F Q. CORN.
COCCEIAE FLACCO
EASSVLAE NORICO
VENECIAE. AELIANAE NVMISIO
IVNIORIS
MVNICIPES ET
NVMISIVS. IVNIOR. SODALIS. TIT
AED. CVR. DES.

Ex iisdem Schedis.

Ibidem.

172

L. TIFANIO. L. F.
OVF. MARCEL
LO. EQVO. PVBL.
IIII VIR. IVR
DIC. PATRONO
MVNICIPI
CAMVRENA. C. F.

Ex iisdem Schedis.

Ibidem.

173

. . . . . .
. . . . . .
P. P. PRAEF. CASTROR. LEG. IIII. F
....NIS. DATO. BELLO. DACICO. BIS
.....IBVS. ARMILLIS. PHALE
.....ITIFICI. CVRATORI
.....VMBR. ET. PICEN. DATO
.....TONINO. AVG.....
..... PATRONO MVNICIPI
.....ERELIVS. COS. F. F

Ex iisdem Schedis.

Epidauri, in Dalmatia.

174

P. CORNELIO. DOLABELLAE
COS. VII. VIRO. EPVLONI. SODALI
TITIENSI. LEG. PRO. PR. DIVI
AVGVSTI. ET. TI. CAESARIS
AVGVSTI. CIVITATES. SVPERIORIS
PROVINCIAE HILLYRICI

Ex veteri MS.

171. Duabus lineis mancam edidit Gruterus p. CCCCXLII. 10.

174. P. Cornelius Dolabella collegam habuit in conſulatu C. Junium Silanum anno U. C. 763. Chriſti vero 10. *Tibure*

Tiburi.

175



Ex Adverſ. Achillis Statii.

Inter parietinas oppidi Cretae mediterranei, quod dicebatur Λάππη, *ubi nunc Vicus ſupereſt nomine* Πόλις, Civitas.

6

ΛΑΠΠΑΙΩΝ
Η ΠΟΛΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΑΤΡΗ
ΛΙΟΝ ΚΛΗΣΙΠΠΟΝ
ΤΕΙΜΗΣ ΚΑΙ ΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Ex Schedis Vaticanis.

Romae, in Baſilica S. Laurentii in Lucina.

177

Α ΛΥΚΙΟΥ
ΠΡΟΥΣΙΕΙΣ ΑΠΟ ΥΠΙΟ ΠΑΤΡΩΝΙ
ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΙ ΠΡΕΣΒΕΥΟΝΤΩΝ
ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ . . . ΧΙΑΣΣΑΝΑΙΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ

Ex iiſdem.

Tiburi.

178

M. STATILIO. M. F
CLAVD . ATIENO
VI. VIR AVG
IIIIVIRO. VIARVM
VIXIT. ANN. LXVII
M. IX. D. XV
CLAVDIA. STATILIA
SABINA . VX

Ex Adverſ. Achillis Statii.

In Pago Fori, tertio lapide ab Alexandria Statyellorum.

179

T . CALVENTIVS .
LIBERTVS . PRIMITIVVS
PAP . VI . VIR . IN . SVO
V . F

Ex Adverſ. Aldi Manutii Junior.

176. Hoc eſt; *Lappiadam Civitas Marcum Aurelium Cleſippum honorit, & memoriae cauſa.* Truncam, & mendoſam edidit Gruterus MXCI. 9.

177. Hoc eſt; *Auli Lycii Pruſicenſes ab Hypio Patrono, & benemerenti Legationem agentibus Menemacho Chiaſianapi Ariſtonico Timocratis.*

179 PAP. VI VIR Nomen Municipum, ſive Colonorum deſignat ſigla PAP. non vero Tribum, vel *Papiam*, vel *Papiriam*. Nullum enim Libertum conſtat in aliqua Tribu deſcriptum fuiſſe. *Vi-*

Vicentiae, ad Aed. D. Felicis, ubi Martis delubrum fuit.

180
L. PVTINIVS. L. L. VITALIS
VI. VIR. AVGVS
PVTINIAE. L. L. CHIONI
T. F. I

Ex Schedis Vaticanis, & ex Marmario.

In Iſtria.

181
P. VALERIO. L. F. PVP
[IIII]. VIR. CONIVGI
P. VALERIO. P. F. PVP.
TIRONI. FILIO
VOLVNTILIA. PAVLA
. . . . . .

Ex iiſdem Schedis.

Saen. Opp. Hiſpaniae.

182
M. FABIVS. FLORIVS
AVRIGIT. VI VIR
M. FLAVI. AVRG
ANNOR. LXX
PIVS. IN. SVIS. HIC
SITVS. EST.
SIT. TIBI. T. L.

Ex Inſcr. Ben. Ramberti.

In Villa Galliculana Agri Arelatenſis.

183
L. SECVNDIO
ELEVTHERO
NAVICVLAR. AREL
ITEM. IIIII. VIR. AVG
CORPOR. CIPA
SECVNDIA
TITIANAE. FIL
PATRI. PIENTISSIMO

Ex P. Sanio.

In S. Caeſarii Arelaten.

184
C. PAQVI. OPTATI
LIBER. PARDALAE IIIII
AVG. COL. IVL. P AT. AR
PRTRONO. EIVSDEM
CORPOR. ITEM. PATRON
FABRORVM. NAVAL. VTRICLAR
ET. CENTONAR. C. PAQVIVS
EPIGONVS CVM LIBERIS SVIS
PATRONO. OPTIME. MERITO

Ex autographo Doniano.

Tribulae.

185
C. PLAVSVRNIO
C. F. SAB. VERO
VI. VIR. AVG
AEDIL. PLEB. PATRO
NO. AEQVICVL. TRIB
IVVENT. TREBVL
MVTVST
OB. MER. EIVS
PVB. D. D

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

183. CORPOR. CIPA. Fortaſſis CISPIA. Qui fuerint Ciparii incompertum mihi eſt. Navicularii, & Utricularii Corporis Arelatenſium noti ex inſcriprionibus apud Gruter. p. CCCCLXXXIII. 1. & ex ſequenti n. 184. quae aliter edita eſt in Grut. Theſauro pag. CCCCXLVIII. 5. nec lineis item eodem modo diſpoſitis. Addendum quod PAQVIAE familiae nomen frequentius occurrit in vetuſtis ſaxis ſcriptum apud Gruterum XXXI. 4. & Fabrettum Cap. I. n. 45.

185. IVVENT. TREBVL. MVTVST. Id eſt *Juventutis Trebulae Mutuſtae*. ut habet diſerte aliud marmor apud Grut. p. CCCCLXXXVII. 9. Verum apud Scriptores quos affert Cluver. Ital ant. Lib. II. Cap. IX. p. 683. Scriptum eſt *Trebula Mutoſca*; in aliis lapidibus Gruterianae Gazae *Trebula Mutueſca*, *Trebulani Mutueſcani* p. XIX. 3. MLXXXV. 9. OB. MER. EIVS. *ob merita eius*.

In

In ruinis Caſularum, qui Vicus erat prope Caſtellum S. Damiani, Agri Spoletini, marmoris fragmentum.

186

. . . . . .

DEDICATA . ID . IAN . ANTIOCHIANO . II . ET . . . . COS . QVAD
SEXVIRIS . IVVENIBVS . COLLEGIATIS . ET . POPVLO . VTRI

Ex Schedis Vaticanis.

Mutinae, in Coenobio S. Claraе.

187

Q . VEIANIO
HIMERO
VI . VIR . AVG

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Mevaniae.

188

C . ARRVNTIVS
C . L . HERMES
VIII . VIR . VAL . VI . VIR
S . F . SIBI . ET
STATILIAE . NEBRIDI
CONIVGI

Ex Schedis Donii autographis.

Ibidem nuper reperta.

189

C . ATTIVS .) . L
IANVARIVS
VI . VIR . S . F . VIII . VIR . VAL
HIC . COLLEGIO SVO CENTO
NARIORVM LEGAVIT . H-S ∞ . EX
CVIVS REDITV QVOTANNIS
DIE . PARENTALIVM NE MINVS
HOMINES . XII . AD . ROGVM . SVVM
VESCERENTVR
CVRA . . COLL . CENT .

Ex iiſdem Schedis autographis Donii.

186. Flavius Antiochianus, ex Relandi Faſtis, Conſul fuit ordinarius cum Furio Orphito anno U. C. 1022. Chr. 270. At Reineſius, qui & hunc lapidem, lineis aliter diſpoſitis, edidit Cl. VI. n. 98. conſules fuiſſe ſcribit anno U. C. 1022. Chr. 268 atque eos memorari L. 2. C. de div. reſcr. Miror Relandum hujus lapidis mentionem non feciſſe. SEXVIRI IVVENES, appoſiti SEXVIRIS SENIORIBVS; qui ſcilicet, quacumque ratione, vel principis judicio, vel Inquiſitione Praefidis, vel Ordinis decreto, ob parentum merita, vel aliis de cauſſis, Seviri creati fuerant, quum tamen legitimam Seviratus capacem aetatem nondum attigiſſent; quae Reineſii eſt ſententia in XCIX. Cl. I. pag. 535. Fortaſſis etiam ita SEVIRI IVVENES, ſive IVNIORES appellati fuere, ut apud nos in Corporibus, Sodalitatibus, & Collegiis dicuntur *i Novizj*, qui ultimi in albo recenſentur, & ſtatutum tempus expectant, ut honore ſibi debito fungantur. E contrario SEVIRI SENIORES nobis [*gli Anziani*] dicti, qui prius nominati, & in albo deſcripti erant, & qui muneribus omnibus expletis ad ſummum pervenerant gradum. Utrorumque fit mentio in ſequentibus Donianis inſcriptionibus n. 197 & 198. 206. & apud Gruterum in pluribus aliis lapidibus, quos indicat doctiſſimus Reineſius.

Querii

Querii, in Subalpinis, apud Proſperum Baldum.

190

T. AEBVTIO. T. L.
LEONAE
VI. VIR. ET. AVG
I. ARR. FI. ET. INDVSTRIAE
H . I . R . I

Donio dedit idem Proſper.

Eugubii, in Suburbio.

191

T. VASSIVS
T . L .
FAVENTINVS
SEVIR

Ex MS. Vatic. n. 5241.

In Via Praeneſtina.

192



Dedit Donio Cl. Meneſtrerius.

Ibidem, in cippulo

193

PIGNONI
CONLIBERTAE ET CONIVGI
BENEMERENTI
A. LIVIVS CALLISTVS
SEVIR AVGVSTALIS QVINQ
D . M
A . LIVI CALLISTI SEVI
RI AVGVSTAL IDEMQVINQ
D . M
ACILIAE DEVTERAE FILIAE
EORVM NATVRALI

Idem dedit.

Eugubii.

194

CN . FVLLONIVS
CRESCENS
VI VIR
FVLLONIA. C. LIB.
PRISCA

Ex MS. Vatic. n. 5241.

Interamnae.

195

L. OCTAVIVS . L L. LADA
BABVDIA. LL. ANTIO... A
L. OCTAVIVS. A. F. LADA
C. OCTAVIVS. L. F. LADA. VI

Dedit C. Gabriel Caſtellius.

Tolentini, in Templo D. Catervii, in fruſto columellae ex lapide Tiburtino; infra inſcriptionem ſculpti ſunt duo homines nudi tridentem in medio erectum tenentes.

196

L. METILIO
L. F. FRVCTO. VI. VIR
TOLENT . ALLEDIA
ARN. CONIVGI MERENTI

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Lupis in aedicula D. Pauli.

197

C. IVLIVS IRENAEVS
MAG . AVG
D D

Ex MS Vatic. n. 5241.

Reiis in Gallia, ante Aedem D. Rocchi.

198

IVLIAE DAPHNAE
D. IVLIVS EPAPHRODITVS
IIIIVIR. AVG. VXORI. OPTIMAE

Ex Hiſt. Eccl. Regien. Sim. Baſtel.

*

199

C . HERENNIVS
C . F . IVVENIOR
VI VIR. IVN. SIBI. ET
C. HERENNIO. PATRI
FABIAE. C. F. SICCAE. MATR
M. HERENNIO. VERO
FRATRI
Q. MAGIO . BASSO
CONSOBRINO
. . . . . .
. . . . . .

Ex MS. Vatic. n. 5236.

Utriariae, in Curte Gomeſii Cardemia, in lapide qui Crucem lapideam ſuſtinet.

200

. . . . . .
Deſunt plures verſus vetuſtate detriti
. . . . . .
. . . . . CELEBRETIS
PROPTER. QVOD OMNIBVS. ANNIS. QVO
AT. VIXERO. DIVIDAM. MV
NICIPIO . N . SIARIENSI . DVMTA
XAT. PRAESENTIBV . DECVRIO
NIBVS . SINGVLIS . X . TERNOS
SEVIRALIBVS . X . BINOS. PLEVI
VTRIVSQVE . SEXVS . ET . INCO
LIS . X . SINGVLOS . QVOT. PRAES
TABO . DVMTAXAT. QVO
AT . VIXERO

Ex Inſcr. Rambertii.

Vi-

Apud Laudenſem Urbem.

201 M. CVPELLIVS. CHARITON
VI. VIR SENIOR. LAVDE
V. S. L. M

Ex Trinagio. & Marzatio.

Vicentiae, in domo Gratianorum.

202 P. PESCENNIVS. C. F.
OPTATVS
VI VIR SIBI ET
P. PESCENNIO
VLLIO
CAECINIAE. Q. F
VXORI. CARISSIMAE
ET. SVIS

Ex veteri Codice MS.

Teate, in Curia.

203 L. MAMILIVS
L. L. FAVSTVS. SEV. AVG
MAMILIAE. ACTE. VXORI
L. MAMILIO. L. F. ARN. MODESTO
SELECTO. ET. DECVRION
VIVOS. SIBI. ET. LIBERTIS. SVIS. FECIT
L. MAMILIO. EPINICO. SEVIR. AVG
L. MAMILIO. ACTIO
CALLITYCHENI
L. MAMILIO. FAVSTO
L. MAMILIO. EVTYCHO
MAMILIAE. PYPALLIDI

Deſcripſit Stephanonius.

Valentini.

204 C. POBLICIVS. C. L. AM.....
V. RVSTIA. C. L. M.....
C. CLAVDIVS. FAVSTVS. VI. VIR..
TEMPORE. SVPREMO. FAVSTE. EST
TIBI. CVRA. VIVENDI
SI PERLEGISTI. VENIAS. LICE T
REQVIESCAS
ANNVIS. ET REFVGIS. FRVSTRA
HAEC. DOMVS. HAEC REQVIES O
MNIBVS VNA MANET
HVC VENIENDVM INQVAM

Ex Ant. Valentin. Franc. Aligeri.

203. Reineſius Claſ. VI. n. 113. in edendo hoc lapide locum ubi reperiatur, & tertiam integram lineam praetermiſit. Qui fuerint SELECTI idem Reineſius declarat.

204. Hunc quoque lapidem idem Reineſius inemendatum, & ſine loci ubi exſtet declaratione edidit Cl. XVI. τὸ V praenomen eſſe dicit RVSTIAE, ſcilicet *Vibia*. Verum *Vibia* non praenomen, ſed nomen eſt familiae Vibiae. Perſpicuum ſiquidem eſt τὸ V praepoſitum eſſe ad declarandum quod Ruſtia C. Poblicii *Ampliati* uxor, adhuc ſuperſtes eſſet, & viveret. Ex Reineſio item protulit Fabrettus Cap. I. Inſcript. ant. n. 170.

Mediolani, apud Laudem Pompeiam.



205

Ex Antiq. Mediol. Franciſci Cicerii.

Ibidem, in aedibus Franciſci Sfondrati.



206

Ex iiſdem Antiquitatibus.

Canuſii, in Domo Epiſcopi ſupra ſcalas.



207

Ex MS. Vat. n. 5241.

Meianei, in Templo primario, urna aquam luſtrale continens.



208

Ex eodem MS.

205. COLLEGIO FABR . LAVD. *Collegio Fabrum Laudenſium.* De Laude Pompeia, in Inſubribus oppido, a Boiis Gallis condito, noviſque colonis inſtaurato a Cn. Pompeio Strabone, patre Cn. Pompeii Magni, fuſius Cluverius Ital. ant. Lib. I. Cap. 24. Idem municipium ſupra memoratur in alio lapide huius Claſſis n. 201.

In Aede

In Aede D. Carpophori Agri Comenſis ad 1. lap.

209



Ex Schedis Bibl. Vatic.

Vicentiae, in Coenobio D. Petri Sacrarum Virginum.

210



Ex Schedis Vatic. & ex Trinagio.

Parmae, in Domo Julii, . . . , & D. Chriſtinae, olim in Domo Jo. Mauri Baiarae.

211



Ex Ramberto, ex Adverſ. Aldi Manutii, ex Hiſtoria Parmenſi Bonav. Angeli.

Attidii, prope Fabrianum.

212



Ex Schedis Vaticanis.

Veronae

Veronæ.

213
Q. TVTICANI. Q. F. EROTIS. GRAM
MATICI. LATINI. VI. VIR. C..... ORNAM
DECVR. HONORATO. VERON. ET. VARI
.....TVTICANI. FELICIANI. ET. SVIS
C. P. IN. FR.....

Ex Libro antiquo MS.

Ibidem.

214
L. GABONIO ARVNCVLEIO ACILIO
FAB. SEVERO. C. V. IVRID. REG. TRANSPAD.
PRO. COS. DESIG. PROV. CYPRI AVVNCVLO
KARISSIMO SVFFRAGIS EIVS AD FISCI
ADVOCATIONE PROMOTVS

Ex antiquo Libro MS.

In Castro Montorii.

215
L. GABONIO ARVNCVLEIO VALERI
ANO. V. F. EQ. R. SACERD. TE PRINCIPAL
OMNIB. HONORIBVS. FVNCT. PATRIAE
AVO. SENATOR. CVRATOR. SVO
ET PATRON. OB MERITA. COLL.
FABR. ET. CENT. L. D. D. D.

Ex eodem MS.

213. C.....ORNAM. DECVR. HONORATO. Laeva ita ſupplendum arbitror, GRATIS. *ornamentis decurionatibus honorato*. Eodem exemplo Senatus Comenſis ornamenta Decurionatus decrevit P. Atilio Septiciano Grammatico Latino, civi optime de republica merito, qui ſubſtantiam ſuam ad eam pertinere voluit, ut in Comenſi lapide apud Gruterum p. CCCLXVII. 5.

In

In eodem loco.

216

COLL · DENDR
C. CRISPIVS. HESPERIO VI VIR
BRIX . ET · VER . NOMINE SVO
ET MARIAE SYNETHIAE
VXSORIS ET IN TVTELA DEDIT
H-S . . . . . .

Ex eodem MS.

Neapoli, apud Seſſionem Capuanam.

217

C. FICTORIO · C. F. FAL. FIRMO
AEDIL. Q. II VIR. CVRATORI
OPER. PVBLICOR . CVRATORI
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Ex eodem MS.

Apud Beneventum, ſub ſtatua marmorea.

218

T. NONIO. MARCELLINO
V. C. COS. CAMP
PATRONO DIGNISSIMO
OB INSIGNIA BENEFICIA
QVIBVS LONGA POPVLI
TAEDIA SEDAVIT
VNIVERSA PLEBS
BENEVENTANA
CENSVIT . PONENDAM

Ex veteri MS.

218. Aliquibus mendis corruptam edidit Gruterus p. CCCLVII. 5. *Suſſoe*

Sueſſae, in Horto Epiſcopi.

219

L. ALBINIO. A. F. QVIR. SATVRNINO
COS. PROCOS. PROV. ASIAE. LEG. AVG
PR. PR. PONTI. ET. BITH. PROV. PROCOS
PROV. ACHAIAE. PRAEF. AER. SAT.
LEG. AVG. ASTVRICAE. ET. GALLAEC.
PR. VRB. AED. PL. SOD. ANTONIAN
Q. VRB. P. C. CVRATORI
COL. DEC. DEC

Ex eodem MS.

Muriani, in Urna Baptiſterii S. Joh. B.

220

P. ACILIVS. P. F. SCA. DECVRIO
SIBI. ET. P. ACILIO. M. F. PATRI
ET. SEXTILIAE SAENI F MATRI
P. ACILIO. P. F. FRATRI
IN. FR. PED. CXX RETR. P. CXX

Ex eodem MS.

Jaderae, in Aede S. Michaelis.

221

T. HELVIO SCAMARINO
IIII VIRO ALTINI
T. HELVIVS. T. F. SALINATOR
7. LEG. VII. PATRI
IN FRONTE. P. XXX
IN AGRO. P. XXX
H. M. H. N. S

Ex eodem MS.

221. Idem T. Helvius Salinator titulum poſuit Aeliae Secundae, ut apud Gruterum p. DXLVI. ſed in eo dicitur Centurio Legionis VIII. De Altinatium pervetuſto, ac nobili municipio Cluverius Ital. ant. Lib. I. Cap. 18.

Caietae

Cajetae, in quadam Eccleſia Burgi.



Ex veteri MS.

222. Deletis pluribus maculis priſtino nitori, redditur haec inſcriptio perperam edita in Gruteriano Theſauro mutila, & ſine titulo loci ubi exſtet pag. CCCCXXI. 1. Bigae, quum ſpectacula praeſertim ederentur, a populo petebantur, ut cunſpicuo in locu in hunorem illuſtrium virorum ponerentur; qui interdum cum unius bigae honore contenti eſſent, alterius bigae ſumptus, vel utrarumque remittebant, uti ex huc, & ex alio lapide Gruteriano p. CCCCLXXXIV. 6. culligitur. Sed in hoc ſingulare prorſus exemplum occurrit impendii bigae remiſſi, eu anno quo in Colonia Caietae, ut auguror, vel Caietae proxima, Imperator Hadrianus Auguſtus duumviratus honorem ſuſcepit. De eu honore meminit Spartianus in ejus vita. his verbis: *In Etruria praeturam imperator egit. Per Latina opida dictator, & aedilis, &* DVVMVIR *fuit.* In nummis Corinthiorum apud C. V. Vaillantium de Coloniis, plures Imperatores, inter quos Auguſtus, & Tiberius, Duumviri inſcribuntur.

Romae, non longe a S. Petro ad Vincula, in Eccleſia S. Mariae de Portugallo.

223

D . M
T. FLAVIO. AVG. LIB. CEREALI
TABVL. REG. PICEN. PHOENIX
CAES. N̄. SER. FILIO PIENTISS.
ET P. IVNIVS FRONTINVS
FRATRI DVLCISSIM
ET CELERINA SOROR

Ex vetere MS.

Veronae, apud S. Martinum.

224 CN. ARRIVS. CN. F. CAETRONIVS
IIII. VIR. I. D. A. P. Q. AER. SIBI
RT. CLODIAE HEDONI. CONIVG
SANCTISSIMAE. CVM. QVA
D. M VIXIT ANN. XXXVIII V. F

Ex eodem MS.

Tergeſte.

225 M. SVRINVS. M. F. MARCELLVS
III. AED. PRAEF. I. D. II. VIR
PONTIF. PRAEF. FABR. QINQ.
D. D. M. SVRINVS. M. F
MARCELLVS FILIVS

Ex eodem MS.

223. Idem Phoenix Caeſaris Servus in ara Romana nominatur apud Gruterum p. DXVI. 8. *Piſauri*

Pisauri, in Ecclesia S. Augustini.

216

T. AVRELIO FLAVIANO. P. P. LEG.
IIII FLAVIAE. ITEM. PRAEPOSITO
VMBR. PICENI. ET. APVL. AVRELIVS
QVIETVS. ET AVRELIVS AVDAX
PATRI DVLCISSIMO. ET CLAVDIA
QVIETA CONIVNX MARITO CVM
QVO ANNIS. XX. BENE. VIXIT

Ex eodem MS.

Tragurii Dalmatiae.

227

L. STALLIVS. SECVNDVS
VI. VIR. STALLIA. CLARA
VXOR CVM LIBERIS. AEDEM
MATRI. MAGNAE
EX VOTO SVSCEPTO
FFCERVNT S P

Ex eodem MS.

In Castro, inter Aqua *in Agro Sulmonensi.*

228

L. OVIDIO. L. F. SER
VENTRIONI. TR. MIL. PRAEF
FABRVM. IIII. VIR. I. D. IIII.
VIR. QVINQ. PRIMA. L. DE
SVO FECIT. HVNC. PRIMVM
OMNIS ORDO MVNICIPVM
IN LOCVM PVBLICVM INTVLIT
ET SEPELIENDVM CVRAVIT

Ex eodem MS.

Falisci apud S. M. Magdalenam.

229

SEX. QVINTILIO SEX. F. ANI
VALERIO MAXIMO LEG. PROVIN
CIAE ACHAIAE PRAETORI. TR.
....QVAESTORI PROVINCIAE ACHA
IAE. TR. MIL. LEG. I. ITALICAE
ET XIII. GEMINAE. IIII VIR. VIAR. CVR

Ex antiquo MS.

Concordiae.

230

A. RITIVS. A. L. TERTIVS
AVGVSTALIS. TESTAMENTO
VIAM STERNI IVSSIT IN
QVOD OPVS EROGATA SVNT
H-S. XXX.

Ex eodem MS.

Mitylenae, in marmorea baſi ante mœnia Urbis.


SEX . VIBIO . GALLO . RICENARIO
PRIMIPILARI . PRAEF . KASTROR.
231 LEG. XIII. GEM. DONIS. DONATO
AB . IMPERATORIB . HONORIS
VIRTVTISQ. CAVSA . TORQVIB.
ARMILLIS. PHALERIS. CORONIS
MVRALIB.III.VALLARIB. II.AVREA
I. HASTIS. PVRIS. V. VEXILLIS. II.
SEX. VIBIVS.COCCEIANVS
PATRONO BENEMERENTI

Ex antiquo MS.

Fani, apud S. Luciam.


L.RVF.POL.S.ET.STATOR
PRIMIPIL . L . II . LEG . TRIB . COH
232 VII. PR. BIS. AB ... RIBVS DONATO
CORONIS AVREIS. II. ET. CORONIS
VALLARIBVS. HASTA . PVRA
QVINQVENN. TI. CLAVDI
CAESARIS AVGVSTI GERMA
NICI. QVINQVENN. PRAEFECTO
PLEBS VRBANA VICI HER
CVLANI . QVAM BASIM
VETVSTATE COLLAPSAM
RESTITVIT

Ex eodem.

Venetiis, in Domo Contarenorum.


L . CANIVS , FESTVS . C . AVFIDIVS
CANDIDVS, C. AVILIVS. PRAEFECTI
233 DEORVM . OMNES . CONSVLVERVNT
VI . NONAS . MAIAS . IN . CVRIA
SCRIB . ADFVER . II . VIR . A . LAELIVS
TIRO . Q . SATRIVS . ASCONIVS
.....T . VESTINIVS . AVGVRINVS
C . CVLTIVS , STRABO . C . ACITIVS
RVFVS QVOD . PRAEFECIT . V . F
L . PERPERNAM . AMIANTVM LO
CVM COLVMNAR . EXTRA
PORTAM ROMANAM ROGARI
CLX . PER . SINE INIVRIA P

Ex eodem antiquo MS.

IN-

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM
CLASSIS SEXTA
MILITUM
ET AD REM MILITAREM
PERTINENTIVM.

In Agro Miſenate.

1

SEX. IVLIO. Q. F. GALER. PRIMINIANO
LEG. LEG. X. AVG. PROPRAET. PROVINCIAE
ACHAIAE. PRAEFECTO AERARI MILITAR. IIII
VIRO. EPVLON. NAVARCHO. TRIERARCHO. ET
PRINC. CLASS. MISEN. M. VALERIVS. M. F.
GAL. MATVRINVS. T. P. C.

Ex Schedis Equitis Caſſiani a Puteo.

1. Quum pauci admodum ſint, adeoque rariſſimi, antiqui lapides, qui Rem Navalem Veterum illuſtrant, ab his hanc Claſſem Sextam, ad Milites ſpectantem, auſpicandam eſſe non abs re cenſui. In allata tabula laudatur Sex. Julius Priminianus (ſortaſſis PRIMIANVS, derivatum cognomen a PRIMO.) qui fuit Navarchus, Trierarchus, & Princeps Claſſis (adde PR. hoc eſt *Praetoriae*) Miſenenſis. In alio lapide Gruteriani Theſauri p. MXXX. 8. fit mentio P. Petronii Aphrodiſienſis ex Trierarchis, Navarchis, & Principe Claſſis Praetoriae Ravennatium. Princeps harum Claſſium Scheffero in Addendis Lib. IV. de Militia Navali Veterum pag. 341. non videtur eſſe alius a Praefecto Claſſium, qui in pluribus maritimis Saxis, itemque Livio, Tacito, Vegetio ceteriſque Scriptoribus memoratur; quem hodie *Admiralium* appellant; rei navalis, & aſtronomiae peritiſſimum, qualem deſcribit Leo in Tacticis. Ita quoque in terreſtri militia Principes milites fuere, qui nominantur a Livio Libro VIII. & pluribus aliis in locis, qui primi ordine, & dignitate in exercitu erant, & prœlium ineunt. In ſacris quoque Literis exercituum ductores fere ſemper *Principes* vocantur. Vide Marcelli Donati Dilucidationes in Suetonium in Othone Cap. 1. & IV. In ſequentibus Titulis occurrunt Archinautae, Trierarchi, Praefecti, Centuriones Claſſici, Exercitatores Trierarchorum Subpraefecti, Claſſis, item Quinquieris, ſive Quinqueremis Auguſtae, Speculatores, Optiones, Veterani, Milites Trierium Salutis, Herculis, Pietatis; de quibus diximus in Parte I. Inſcr. antiquar. Etruriae pag. 236. & in ſequentibus, & in Parte II. pag. 186.

Ibidem

Ibidem.

2
M. PORCIVS. M. F. CLAVD
SATVLLINVS
ARCHINAVT. CLAS. RAVE
VIVVS. FECIT. SIBI. ET
PORCIO. L. F. CLAV. PROBO
PRAEF. ARMOR. CVSTOD. ET
PORCIAE. MAMMILLAE
IOCVNDAE. FIL
H. M. DOL. MAL. ABES
IN. FRONTE. PED. XIV. IN
AGRO. PED. XVI

Ex Schedis ejuſdem.

Miſeni.

3
P. AVIDI. P. F. PAL. SATVLLIN
PRAEFEC. CLAS MISENAT ID
7. COH. VII SPECVL. ANTIQVAE
STIPEND
M. AVIDIVS.....HERES EIVS
EX. TEST. E. P. C

Ex iiſdem Schedis.

Via Nomentana ad Pontem.

4
L. IVLIO. L. P
POL
VALERIANO
VETER. CL. MIS. H
S. F. IVNIA. F. C
Sub titulo galli tenentes coronam, & in ſiniſtro latere militaria arma, & inſtrumenta.

Vidit Donius.

Via Portuenſi, prope Portus ruderа.

5
M. VLPIO. M. LIB. PHILONICO
NAVICLARIO. PORT
VIX. ANN. LIX. M. VIII. D. XXV
T. ANTRONIVS VLPIANVS FABER
LIGNARIVS EX. T. P. CVR

Ex iiſdem Schedis.

Arelate, in Stalis Coenobii D. Honorati.

6
EX TRIERARCH CLASSIS GERM
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Vidit, & exſcripſit Donius.

2. PRAEF. ARMOR. CVSTOD. Id eſt; *Praefectus Armorum Caſtodi.* Apud Romanos demandata armorum cuſtodia iis, qui aliquo militiae gradu honoratiores eſſent, ut docet haec inſcriptio; & alia apud Gruterum pag. DXVIII. 5. in qua ab Equitibus Singularibus Auguſti geſtam diſcimus. Secus vero id apud Germanos uſu veniſſe narrat Taeitus Libro I. de Moribus Germanoruui n. 44. apud quos armorum cuſtos erat Servus.

5. NAVICLARIO. POR. Hoc eſt; *Navicalario Portus.* Navicularium, ſive Nauclerum, vel ut air Cicero in Oratione pro Lege Manilia, Navieulatorem, accipiendum heie puto, non pro Gubernatore, ſive Domino navis, ſed pro exactore vectigalis rerum, quae navi onerantur, ut apud I Ctos tirulo *de Navic.* C. Lib. II. Navieulurii Collegium habuere, in quo ſaeris operarentur. Fabri item Lignarii in Portubus neceſſarii ad caedenda praebendaque ligna pro navibus. Hinc Piſis, in ſtatione vetuſtiſſima, adnotavimus ex antiquo marmore in Parte II. pag. 25. fuiſſe Collegium Fabrum Navalium, & Fabrum Tignuariorum EX T. P. C. Id eſt; *Ex teſtamento ponendum curavit*; quae ſingulares litterae ſaepius in ſequeutibus Titulis occurrunt.

Ia

In Agro Baiano.

7

D M
M. STABERIVS. M. F. QVIR. LACER
7. COH. VI. SPECVLAT. CLASS. MISEN
V. FECIT. SIBI. ET. STABERIAE VERI
DIANAE MATER ..... ET. L. STABE
RIO PROCILLO. FILIO. DVLCISSIMO
VIX. ANN. XII. M. VII. D. IIII. HOR. II

Ex Schedis Donianis.

Romae, apud Franc. Bracciguenſem Statuarium.

8

D M
LICINIAE
LAIDIS VXOR
KARISSIMAE
M. AVREL. SPERA
TVS. OPT. CL. PR
RAVEN. B. M. F

Vidit, & deſcr ipſit Donius.

Inter Viam Appiam, & Latinam.

9

D . M
T. FLA. CANDIDO
MILITI. CLAS. PR. RA
BEN. III HERCVLIS
NATIONE SYRVS C.
IVLIVS VICTORINVS
HEREDES. FACIENDVM
CVRABENT

Ex Schedis Vaticanis.

Romae, apud Achillem Maffeium.

10

D . M
T. TVRRANIVS
POLLIO. III
SALVT. MIL.
CL. PR. MIS. N
LYBICVS
V. A. XXIII. M
A. IIII. H. B. M. F

Ex Adverſ. Achillis Statii.

7. MATER..... Fortaſſis ſupplendae literae, ut dicat MATERTERAE. ſed non convenit nomen gentis materterarum cum gente filiaſtrorum, ut liquet ex Gruteriano lapide pag. CCCCLXXXVII. 1.

9. Aliquibus mendis inquinatam edidit Fabrettus Cap. V. Inſcr. ant. n. 113. nec indicato loco ubi exſtet, vel ubi inventa fuerit. Quod enim hic Titulus inventus fuerit inter Viam Appiam, & Latinam, confirmat Fabretti eruditam opinionem, ibidem agrum fuiſſe publicum, qualem apud Miſenum, vel Ravennam fuiſſe docet Gruteriana Inſcriptio pag. CCVIII. ſepeliendorum Militum Claſſis Praetoriae Miſenatium, vel Ravennatium in uſum, qui Stationem in Caſtris habebant. Nam Caſtra ibidem fuiſſe Miſenatium, & forteſſis Ravennatium docet vetus inſcriptio, necnon Ruſus, & Victor. Sed Fabrettum conſule.

Faui

In pariete exteriori Eccleſiae S. Georgii, extra Forum Truentinorum, hodie Bertinoro, *in Etruria; in Cippulo marmoreo inferius fracto, ſuperne circa tympanum Delphinis utrinque ornato.*

11

D M

M . VALER . SATVR
III . PIET
VIX . AN . XX
MIL . MEN : VI
M . VAL . CAPIT
EXER . TR
L . DOM . MART
DVP . SVB . P . C
ITE . V . AVG
M . SESTI . PVDE
N . DEL . VIX . AN
XXVIII . MIL . AN
VIII . III . PIET . M
VAL . CAPITO . F
R . H . B . PO
CVRAVIT

Exſcripſit Donius.

Fani, ſive Ceſenae.

12

T . GAVIVS . EMINENS
VET . CL . PR . M . N . SYRV
M . P . ET CASSIAE . MARTINAE . N . SYR
CONIVG . ET . T . GAVIO . T . FIL .
V . A . VI . M . XI . D . X
LOC . DATVS . A . M . SEMPRONIO
GRAPTO . AMIC . CAR . SEVIV . D . D

Ex Libro MS.

Via Appia, ad Aquam Aciam, ſive Acidam.

13

L . FOVRIO . L . F . POL .
FOVRIANO
ORIVNDO . EPERED . ITAL . MIL . VETERANO
CLASS . RAVEN . VIX
ANN . LXII . M . IIII
H . S . E
IN . FR . P . VI . IN . AG . P . X

Ex Schedis Manut. Bibl. Vaticanae.

11. Hanc Inſcriptionem illuſtravimus in Parte II. Inſcriptionum Etruriae Urbium pag. 186 ubi paullo ſuperius, antiqui lapidis auctoritate, adnotavimus Ravennae praeter Claſſem, Romanos habuiſſe CASTRA PRAETORIA, quod in editis inſcriptionibus hactenus minime obſervatum fuerat.

13. EPORED. ITAL. Scilicet, *Eporediae Italiae*. De hac Colonia Romanorum ſupra diximus ad 69, Claſſis V.

Poloniae,

I

DIS MANIB
CASSIAE VERAE
CONIVGI
C. CASSIVS C. F. VET
MODESTINVS
MIL. CLASS. MISENAT

FEC. SIBI ET. S. P
IN. FR. P. XIII. IN. AGR. P. XVIII

II.

SEX. SEXTIO. CARPOPHO
RO. TESSERARIO LEG
VI. FERR. AN. VIII. Q. VIX. AN
LVIII. M. VIIII. D. VIII. B. M. F
SEXTIA. IVNIA. VXOR

III.



M. PERCERNIO. M. F. OVF
AXYO. NAT. MEDIA
MIL. COH. VII. PRAETOR
Ɔ. C. CALVINI. SEVERI
M. PERCERNIVS. IVNIOR

CONSTANTI. AVG. SCRIB
A. RATION. VOLVT. FEC
SIBI. ET. FRATRI. SVO. K.
ET. IVN. PERCERN. VXORI. S.

IV.

D . M
M. VALERIO. SERVILI
ANO. MIL. LEG. I. AVG
VIX. AN. LXV
M. VALERIVS. FELIX
MIL. LEG. I. AVG. P. F
NAT. THRACIA

HER. FRAT. OPTIM
B. M. P
IN. FR. P. IIII. IN. AGR. P. VIII

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

Ill. D. Ioanni Hieronymo Pazzio Patric. Flor. dedic.

Poianae, in Agro Vicentino.



Dedit Donio Hier. Alexander.

In Agro Tudertino, iuxta fl. Arnatem.



Stephanon. deſcripſit, & ex MS. Bibl. Vatic. n. 5241.

14. Edita eſt a Fabretto Cap. X. Inſcriptionum Antiquarum n. 371. ſed lineis ad marmoris fidem non bene diſpoſitis, & quibuſdam omiſſis. Apud Reineſium in ultimis verſibus variat Claſſe VIII. n. 27. impleta laeuna Conſulum nominibus, Soſſio Falcone, & Erucio Claro Conſulibus, anno U. C. 945. Chr. 193. Quod an verum ſit iudicet, qui lapidem ipſum αὐτόπτης poteſt nobis oſtendere. Quantum ad me ſpectat, de hoc Conſulum collegio in lapide deſcripto, dubium magnum eſt. Bernardinus Trinagius, qui Vicentinas veteres inſcriptiones primus in lucem edidit, habet LEG. XI. & in ultimis lineis haec tantum ALLA.....O. ERV. Proelium navale, cujus fit mentio in hoc honorario Titulo, cenſet Reineſius eſſe illud quo Byzantii obſeſſi a Severianis, & fame coacti, ſe navibus, ut effugerent, crediderant; ſed confractis, & ſubmerſis navibus ad unum omnes interfecti ſunt; eamque cladem mox ſecuta eſt deditio urbis; ut Dio deſcribit. Verum aliud proculdubio proelium hoc in lapide indicatur, & ut puto Actiacum, in quo devictis navali proelio Antonio, & Cleopatra, Auguſtus nobiliſſimam, atque exploratiſſimam victoriam conſecutus eſt, quam egregie deſcribit Velleius Paterculus Hiſt. Lib. II. n. 84. 85. 86. Id perſpicue colligo ex alio lapide item Vicentino in Theſauro Gruteri n. 3. p. MXXVI. in quo memoratur L. Cornelius Severus, in eadem Romulia Tribu cenſus, uti & M. Billienus Actiacus, qui fuit Veteranus, Praefectus Legionis III. Auguſtae, Sexvir, Eques Romanus, Turma III. ab Divo Auguſto poſt proelium Actiacum, hoſtibus ubique devictis, in Colonism & ipſe deductus, adlectuſque inter Ordinem Decurionum. Belli Actiaci meminit allatum paullo ante fragmentum in Cl. V. n. 4. & aliud marmor Gruterianum pag. CCCLXXI. 4. in quo dona militaria, torques, armillae, & phalerae enumerantur, quibus donatus eſt ab Imperatore Auguſto M. Aurelius Celſus, Praetor Legionis II. Auguſtae, omnibus honoribus, & expeditionibus perfunctus Bello Actiaco, Siculo, & Hiſpanico. Ex quibus monumentis liquet fortiſſimos milites, qui tam inſignem victoriam propria virtute peperere Caeſari Auguſto, Actiaco bello, eximiis donis donatos fuiſſe, & in Vicentinorum Coloniam deductos, in ordine Decurionum adlectos fuiſſe. M. Billienus qui in XI. Legione militavit apud Actium in Epiro, ex ea celeberrima victoria, & proelio, Actiaci cognomen ſibi fecit. Debellatum eſt apud Actium Caeſare, & Meſſala Corvino Conſulibus, anno U. C. 723. ex Anonymi Faſtis. Ex quibus manifeſte appareat ſtare non poſſe Collegium Conſulum Soſſii, & Erucii in marmore inductum a Reineſio, quod incidit in annum U. C. 945.

15. Ad idem proelium Actiacum fortaſſis pertinet & haec inſcriptio, in qua memoratur C. Eduſius Centurio Legionis XXXI Auguſti Caeſaris, idemque Centurio Claſſicus; ni tamen *Claſſicus* appelletur, quaſi primae auctoritatis dignitatiſque; non vero eum relatione ad officia in navali militia. Apud Fabrettum Cap. IX. n. 169. deſcriptum eſt CENTVRIO. LEGION. XXXX. mendum irrepſiſſe ſuſpicor in hoc numero; nam apud Gruterum ex Scaligeri Indice Legiones numerum XXXV. non excedunt.

Romae, erutа inter viam Appiam, & Latinam.

Ex Schedis Vaticanis.

16. L. Fabius Cilo Septimianus, quem ſibi Patronum adſeivere Mediolanenſes, & ara hae honorarunt, pedeſtri proculdubio ſtatua ſuperpoſita, imperante P. Helvio Pertinace Caeſare Conſul fuit ſuffectus anno U. C. 945. Chr. 193. ex Relandi Faſtis, quos vide. Conſul vero fuit deſignatus, ut norat Glandorpius, quum caeſus eſt Commodus Imperator, teſte Lampridio. Huius frequens in jure mentio, videlicet L. 1. ff. de Offic. Praef. Urb. l. 4. ff. de Offic. Praef. Vigil. l. 8. §. 5. ff. de poenis. Huius lapidis auctoritate alius item emendandus apud Gruterum p. CCCCVI. 9. & pag. ECCCVII. 2. in quibus praeter alia menda quibus ſcatet, reponendum SEPTIMIANO. pro SEPTIMINO; & SEPTIMIO. Item Relandus perperam ex eo edidit *Septimius* pag. 105. Sed revera marmor habet SEPTIMIANO, quod hodie exſtat in Aedibus Albanis. Cognomen vero non Chilo, ſed Cilo fuit, ut plures lapides accurate deſcripti teſtantur, & haec a me allata ara. Idem L. Fabius Cilo Conſul fuit ordinarius cum Flavio Libone, anno U. C. 956. Chr. 204. quibus Conſulibus Imperatores Septimius, & M. Aurelius Antoninus Ludos Saeculares octavos fecerunt, Cenſorino teſte, de die natali Cap. XVII. Idem M. Fabius Cilo Praefectus fuit Urbi ſub Severo, ad quem Paul. 8. de poenis citatur Severi, & Antonini epiſtola. Citatur eadem de interd. & releg. & deport. Et Paul. 1. iidem Imperatores, ut amici ſui meminerunt de off. Praef. Vigilum. Exſtat & Severi ad eum epiſtola de poteſtate, & Juriſdictione Praef. Urb. Quare ſuo loco reponendus apud Felicem Contelorium, qui inter Praefectos Urbi incerti temporis reiecit. Idem quoque Praetor Urbanus fuit, uti ex hac ara diſcimus.

Tuſculi

Tuſculi, in Baſi marmorea



Inter Schedas Donianas.

17. Incognita, & hactenus inedita haec Inſcriptio lucem alteri a Reineſio allatae, Cl. VI. 123. affert, & multa dubia ſolvit, quae in ejus genuina lectione idem Reineſius lectoris arbitrio ſtare dixit. Nam tum haec, tum illa inſcriptio poſita fuit in honorem M. Petronii Honorati, viri Equeſtris Ordinis, Auguſteo ſeculo tot geſtis magiſtratibus domi foriſque illuſtris; qui, ut putat idem Reineſius, poſt Cornelium Gallum, Aegypto Praefectus fuit, teſte Plinio Hiſtor. Lib. VI. Cap. 29. anno U. C. 732. cuius item meminit Dio Lib. LIV. & Strabo Lib. XVII. ſed hic praenomen omiſit, alter Caium appellat. In Reineſiana Tabula ſcribitur P. PETRONIO. M. F. QVIR. HONORATO. Mihi vero quidem ſimile videtur, auſpice hac ara, ſcriptum eſſe M. PETRONIO &c. nam, ut Reineſius fatetur, oſcitanter deſcripta eſt ea Tabula quam affert, eruta in monte Aventino, inter rudera domus, quae creditur Petroniorum fuiſſe. Huius igitur inſcriptionis teſtimonio apparet dubitandum non eſſe an marmor habeat PROC. MONETAE, nam & in hoc lapide diſerte legitur; & in alio apud Fabrettum Inſcr. ant. Cap. III. n. 469. ſcripto imperante Traiano: quare videtur verum non eſſe Procuraroris monetae appellationem poſt Imperii diviſionem primum auditam receptamque fuiſſe; & in eo loco reponendum PROC. MINCIAE, ut vult Reineſius. Perſpicuum quoque eſt huius lapidis accurate deſcripti auctoritate, in quinto verſu inſcriptionis a Reineſio allatae, reponendum eſſe PRAEF. ALAE. AVG. I. P. F. THRAC. An vero Alia competant iſta praedicata PIA, FELIX, vel FIDELIS, haec ipſa ara oſtendit, & alibi expendimus.

Priverni,


C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI
MILITI . COH . IX . PR . EQVITI . SINGVL . EQVITI
28 TVRMAE . PRAET . CVRATORI . MVNICIPI . PRIVER
BIS . DONIS . DONATO . AB . IMP . TRAIANO . TOR
QVIBVS . II . ARMILLIS . II . PHALERIS . OB . BELLVM
PARTHICVM . ET . DACICVM . SINGVLARI . PRAE
FECTORVM . PRAET . TESSERARIO . OPTIONI
FISCI . CVRATORI . CORNICVL . TRIBVNI
EVOCATO . ITER . LEG . ANNONAE . LEG . LEGION .
XXX . VLPIAE . FORT . COH . II . PRAET . COH .
T . VIGILVM . ROM . STRATORVM . COH . XIII .
VRB . COH . XII . PR . TRICENARIO . DONIS . DO
NATO . AB . IMP . HADRIANO . HASTA . PVRA . CORONA
AVREA . LEG . III . AVG . PRIMIPILARI . II . VIR .
QVINQVENNALI . PATRONO . MVNICIPI . CVRA
TORI . REIPVBLICAE . DECVR . ET VI . VIR . AVG
MVNICIPES . PRIVERN . D . D .

Ex Schedis Manutianis Bibliothecae Vaticanae.

18. Alia prorſus facie, & quidem elegantiori accuratiorique prodit haec inſignis Inſcriptio, pluribus maculis reſperſa, & mutila edita in Gruteri Theſauro p. cccl. xv. 6. In titulo dicitur exſtare Matelicae; atque ut inſcriptio eum loco conveniat, in tertia linea (nam omnes diverſo ordine iacent) pro his verbis CVRATORI . MVNICIPI . PRIVER. puncta inſcripta ſunt, quae lacunam indicant. In fine inſcriptionis expulſis Municipibus Privernatibus, Municipes MAT. Matelici ſubſtituti ſunt, qui mihi ignoti ſunt. Verum poſtremae trea lineae genuinae cum ſcriptura editae ſunt in eodem Theſauro pag cccclxcix. 10. non indicato loco. Eodem modo corruptam, depravatamque ex Grutero edidit Fabrettus de Col. Traiani Cap. VIII. pag. 238. ubi de donis ob Bellum Dacicum a Traiano donatis ſtrenuis militibus diſſerit. Brevium adnotationum fines exeederem, ſi omnia, quae in hac ara leguntur explicare vellem; ſilentio tamen non praetermittam C. Arrium Clementem inter alia munera fuiſſe *Singularem* Praefectorum Praetorio. Qui fuerit ſingularis Praefectorum Praetorio ſuperius iam indicavi. Verum id ex vetuſtis lapidibus didici, quod tum Praefectus Praetorio, tum Praefectus Urbi certum numerum auxiliarium hominum vel ſibi, vel aliis titulo *Singularium* eligebant. In Gruteriano lapide ccccxxxi. 9. fit mentio C. Lucii Sabini *Singularis* Beneficiarii Tribuni Quaeſtionibus, facti per Annium Verum Praefectum Urbis. Obiter heic indico vetuſtum lapidem à Fabretto editum Cap. III. n. 114. in quo adnotari poteſt C. Lucilius Vindex miles Cohortis VI. Praetoriae *Principalis* Beneficiarius Tribuni. Imperatores quoque *Singulares* Equites pro Turmis exercitus eligebant, itemque *Singulares*, qui in legionibus militarent, ex alio Gruteriano ſaxo DXXIX. 5. *Extra*

Extra Camerinum, in loco ubi olim erat Suburbium S. Georgii, baſis marmorea Statuae, cujus caput una cum eadem Baſi inventum fuit a figulo laterario.



M. MAENIO. C. F. COR. AGRIP
PAE TVSIDIO CAMPESTRI
19 HOSPITI DIVI HADRIANI PATRIS
SENATORIS PRAE COH. II FL
BRITTON EQVITAT. ELECTO
A. DIVO. HADRIANO. ET. MISSO
IN. EXPEDITIONEM. BRITAN
NICAM. TRIB. COH. I. HISPAN
EQVIT. PRAE. ALAE. I. GALLOR.
ET: PANNONIOR. CATAFR. ACHA
IAE PROC. AVG. PRAE. CLASSIS
BRITANNICAE. PROC. PROVIN
CIAE. BRITANNIAE. EQVO. PV
BLICO. PATRONO. MVNICIPI
VICANI. CENSORGLACENSES MPL
CONSECVTI AB. INDVLGENTIA
OPTIMI. MAXIMIQVE. IMP. ANTO
NINI. AVG: PII. BENEFICIO. INTER
PRETATIONIS. EIVS. PRIVILEGIA
QVIBVS. IN. IVRE. CIVIVM. AVCTI
CONFIRMATIQVE. SVNT
L. D. D. D

Vidit, & exſcripſit Donius.

19. Alio ordine diſpoſitae ſunt lineae hujus Baſis apud Reineſium in Claſſe VI. n. 129. quatuor etiam in locis alio modo deſcripſit Langermannus. Ex iis vero, quae Donius in rubrica adnotavit, & Reineſius omiſit, perſpicuum eſt cum baſi ornata hac Inſcriptione dedicatam fuiſſe ſtatuam M. Maenio Agrippae, adoptationis cauſa, nomen, & cognomen adepto à L. Tuſidio Campeſtri Tribuno Legionis Decimae Geminae, in Patronum adſcito a Vicanis Cenſorglacenſibus, qui beneficio interpretationis ejus, eo nimirum auctore, ac conciliatore, ab Imperatore Antonino Pio, indulgentiſſimo, atque optimo Principe privilegia, quae Romania Civibus in jure competunt, conſecuti fuerant, iiſdemque auctі, & confirmati. Munera item, & ſumma ejus merita declarantur in inſcriptione, quod nempe hoſpes fuerit Aelii Hadriani Senatoris, patris Divi Hadriani Auguſti. Hoſpitium ſummam amicitiam familiaritatemque declarat.

Aliae

Atinae, ante tenuam Aedis B. Mariae.

20
M. TILLIO. M. F. TER. RVFO ⟩. LEG. XX. VAL
VICT. EX CCC COH. IIII. PR. P. V. PRINCIPI
CASTROR. EQ. P. EXORN. ET. DONIS. DONATO
AB. IMP. SEVERO. ET. ANTONINO. AVGG
HASTA. PVRA. CORONA. AVREA. ⟩ COH. XII
VRB. ET. I. VIC. EVOC. AVGG. DIVOR. M. ANTO
NIN. ET. COMMODI. PATRONO. MVNICIPI. LIBERTI
L. D. D. D

In ſiniſtro latere ejuſdem lapidis.

DEDICAVIT. IPSE. X. KAL. IVN. IMP. ANTONINO
III, COS. ET. DEDIT. SPORTVLAS. DEC. HS. XII. N.
PLEBEI VRB. HS. VI. N.

Ex Dom. Panicali, & ex Schedis Vaticanis.

Ibidem,

21
CORNELIAE
LIVILLAE
VIX. AN. XXX. M. IIII
M. CORNELIVS
M. F. AN. ANTHVS
PRAEFECT. CASTR
LEG. VI. VICTR
HEREDES
EX. TESTAMENT

Ex iiſdem Adverſariis.

Via Lavicana.

22
L. PERCERNIO. L. F. PALATINA
CAPPVLO. TRIB. EQ. TVRM. III
CELER. VIXIT. ANN. LXX. M. VII
M. PERCERNIVS. M. F. PAL. CAE
LIANVS. FRAT. CARISS. T. F. C

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

20. PRINCIPI CASTRORUM. In toto Gruteri Theſauro nullum certe exemplum occurrit Praefecti Caſtrorum, praeterquam in hoc marmore, quod tamen lineis aliter diſpoſitis deſcriptum, editum eſt pag. MCI. 5. In prima Inſcriptione hujus Claſſis dedimus Principem Claſſis Praetoriae Ravennatium. Princeps Caſtrorum fortaſſis is fuerit, qui vigilias, ſtationes, aliaque munera, quae in caſtris obire milites ſolent, jubebat, curabatque ut obſervarentur; vel qui imperio ſuo milites ad omnem diſciplinam in Caſtris ſervandam arctiſſima ſeveritate tenebat; ut colligi poteſt ex Vegetio Lib. III. Cap. IV. in quo PRINCIPUM fit mentio. In Gruteri Theſauro p. MCII. 4. laudatur PRINCEPS PRAETORI. LEG. XIII. GEM. Fuere in Caſtris *principia*, quae Livio, Tacito, Polybio, Vegetio, aliiſque magni nominis Scriptoribus memorantur; quae loca Marcellus Donatus congeſſit in Dilucidationibus in Traquillum in Othone Cap. I. & VI. putatque hujuſmodi *principia* intelligenda eſſe publica tabernacula, ſeu tentoris in Caſtris, in quibus militares magiſtratus jura militibus reddebant, ut ex Livio colligitur Libro VIII. a. Belli; atque ubi ſquilae, & ſigna militaria cuſtodiebantur. Vocata autem à Romanis principia exiſtimandum, eo quod eo in loco convenirent Principes viri militares, nempe Legati, Tribuni, ac primorum ordinum ducores, militaria munia tractantes; puta nomina dantes, ſtationes, vigilias, & alia hujuſmodi.

21. Vegetius Lib. II. Cap. X. expoſito Officio Praefecti Caſtrorum, ita concludit: *Is poſt longam probatamque militiam peritiſſimus omnium legebatur; ut recte doceret alios, quod ipſe cum laude fecerat.*

22. Tribuni Equitum *Turmae tertiae Celerum*, ſingularis habetur mentio in hoc lapide; cui alium ſimilem in toto Gruteri Theſauro vix reperire potui. Qui fuerint Celeres docet Livius non uno in loco, item Feſtus in hac voce, & Pomponius Lib. II. de Orig. Juris.

Tibare

Tiburi.

23

GENIO . CENT . SACRVM
AED . A . PLAVTIVS . A . F . AN . AMANDVS X LX
M . PLAVTIVS . M . F . ANIENSIS . ACTVS X XXX
P . PLAVTIVS . P . F . AN . LATINVS X L̄
P . PLAVTIVS . P . F . AN . LATINVS X XV
AED . CN . PLAVTIVS . M . F . AN . LARTIANVS X XXX̄
II . VIR . L . PLAVTIVS . M . F . AN . HASTA X XIĪ
7 . SEX . PLAVTIVS . SEX . F . AN . AMPL ..... X LVIIĪ
TR . T . PLAVTIVS . T . F . ANIENSIS . CAERINVS X XLV̄
Q . PLAVTIVS . SEX . F . AN . ACER

Ex Adverſariis Achillis Statii.

Ibidem.

24

SEX . LIBERIO . SEX . F . CLAVDIA . APPVLINO
PRAEF . COH . VI . PRAET . CENTVR .
M . AVRELI . VERANI . ANN . XII . TRIB . LEG .
VII . VICTRIC . DONAT . DONIS . MILITARIBVS . A . DIVO
SEVERO . PERTIN . AVG . ARAB . SARMAT .
MILITAVIT . ANN . XIX . VIXIT . ANN . XLV . MEN . VIII ♂
Q . LIBERIVS . SEX . F . CLAVD . MACRIANVS
PATRI RARISS . ET . INCOMPAR . EX . T .
IN . FRONTE . PED . XVI . IN AGRO PED . XXV

Ex iiſdem Adverſariis.

23. Milites immunes bello factî, honeſtamque miſſionem conſecuti, aram, vel aediculam ornatiſſimam Genio Centuriae, vel omnes ſimul, vel ſingulatim dedicare ſolebant; ut docent plures antiquae Inſcriptiones in Gruteriano Theſauro XLV. 13. CVIII. 4. 5. 6. 7. CIX. 1. 2. apud Reineſium Cl. I. 300. & 301. apud Frabrettum Cap. IV. 514. in hac marmorea tabula, ut auguror, denaria in ſumptus data ab Aedilibus, Duumviri, Centurione, & Tribuno notantur, pro dedicatione vel arae, vel aediculae, vel imaginis ejuſdem Genii Centuriae; cujus item fit mentio in Florentina ara in Parte I. pag. 301. n. 35.

24. Liberia Gens cognita ex alio lapide in Gruteriano Theſauro 10. CCCCXXVIII; Centurio Cohortis Sextae Praetoriae heic notatur M. Aurelius Veranus; qui tamen in Neſpolitano marmore apud Gruterum indicatur Centurio Cohortis Decimae Praetoriae. Erraſſe deſcriptores minime cenſeo in numero Cohortium exponendo; nam vel peregrinis in ſtudio antiquorum lapidum obſcurum non eſt tum Milites, tum Centuriones, & Tribunos Cohortium, ſive Praetorianarum, ſive Urbanarum, ex una in aliam Cohortem traductos fuiſſe. Hinc, ut unicum afferam exemplum, L. Petronius Taurus Voluſianus Patronus Municipii Arretinorum, ut diximus in Parte II Inſcriptionum antiquarum Etruriae Urbium pag. 190. à Cohorte Prima Praetoria gradum fecit ad Quartam Praetoriam, ad Cohortem Undecimam Urbanam, quarum Tribunus fuit, ab hac poſtmodum trajectus in Cohortem Tertiam Vigilum, denique ab hac in plures Legiones, quarum ſimiliter Tribunus fuit.

Via Ap.

Via Appia, prope Vineam Valentinorum.

25
DIIS. MANIBVS
M. ANTONIVS. M. F.
SERGIA
PATERNIANOS
NAT. CAPSA.
TRIB. LEG. III. PARTH
MIL. ANN. XVI
VIX. ANN. XXXIX
M. VII. D. IX
IN. FR. P. III. IN. AG. P. III. S.
M. AVRELIVS. BASSVS. COLL. S

Ex Schedis Manuc. Bibl. Vatic.

Attidii, prope Fabrianum.

26
L. SABIDIENO
L. F. OVF.
SABINO. TRIB.
MILIT. PROC
PROVINC. AFRIC
PATR. MVNIC
T. P. I

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Romae, in domo Coxariorum, effoss. via Ostiensi, sive Laurentina intra III. *&* II. *lapidem.*

27
TITO STABERIO
T. F. QVIR. SECVNDO
PRAEF. COH. CHALCIDEN
IN. AFRICA. TRIBVNO
MILITVM LEG. VII.
GEMINAE FELICIS
IN GERMANIA. PRAEF
EQVIT ALAE MOESICAE
FELICIS. TORQVATAE
STABERIA MATER INPENSA
SVA

Ex iisdem Schedis.

In monumento rotundo semidirato, quod visitur Via Portuensi ad Cap. VI; *ad ripam Tiberis, a Manliana distans passibus* M.

28
P. GENVCIVS. P. FIL. ARNIENSIS
LATINVS. MIL. COHOR.
X. RAP. C. A. PETREI. PRISCI
MIL. ANN. XVIII. VIX. AN. LXI.
A. GENVCIVS. A. F. AR. SEVERIAN
ET. SEX. GENVCIVS. PRISCVS
T. C. F
Q. FABIO. GENV
CIANO EQ.
GENVCIA PRI
SCA. F.

Ex Lib. Antiquit. MS. Bibl. Vatic. qui fuit F. Ursini.

25. Praetermisso peculiari loco, ubi exstet haec inscriptio, legitur paullo aliter descripta a Sponio ex Schedis Barberinis, Sect. V. Miscell. pag 163.

26. Fabrettus suo tempore ait exstasse hanc inscriptionem in Hortis Justinianis Cap. III. n. 149. at ex Donio habemus ubi inventa fuerit, quod ad antiquitatis notitiam majorem affert utilitatem. Adnotandum Alam Moesicam titulis cohonestatam FELICIS. TORQVATAE.

29

Q. ANTISTIO. Q. F. AIMIL. FVSCO. ORIVND. MYRIANDRO
VETERANO. LEG. III. PARTH. TRAIECTO
IN. COH. VIII. PRAET. Q. MILIT. ANN. XV. M. II. VIX. ANN
LXIIX. M. VII. D. VI. T. F. I

Ex Schedis Manur. Bibl. Vaticanae.

Romae, in Vinea quadam.

30

DIS. MANIBVS. S.
M. IVLIVS. M. F. PAL.
DIONYSIVS. MIL.
LEG. V. GEMINAE
NAT. THRAX. ORIVND
FABRATERI. ITAL
FLAVIAE. TREPTENI
F. FECIT. E. SIBI. ET
MEMORIAE. ERGA
MARIT. PIENTISS
ET. FILI. EORVM
DVLCISS
COMPARAVIT. H. M.
S S ∞ ∞ ⸸ DEN
IN. FR. P. XVII. IN
AGRO. PED. XXVII.

Ex iisdem Schedis.

Romae.

31

SEX. ATELLIVS. SEX. PVP. PAETVS
TR. MIL. SCR. Q.
FAVONIA PAETI
EX. TESTAMENTO. ARBITRATV
FAVONIAE. VXORIS
ET. SEX. ATELLI. SEX. L.
PHILARGVRI

Ex iisdem schedis.

Asturiae.

32

.... POMP. F. QVIR
FAVENTINO
PRAEF. COHOR. VI ASTVR
TRIB. MIL. LEG. VI. VIC. PRA
EQVITVM ALAE ... VIR CLAROR. DON
..... CORONA. AVREA. HASTA PVR
..... IVN. IMP. DIVVS VESPASIANVS
PROVINCIA ..... VRBIS. ROMAE...
VA. CL. ARADICA ..... RIM
. . . . . .
. . . . . .

Ex iisdem Schedis.

29. ORIVND. MYRIANDRO. Myriandros oppidum Syriae, cujus meminit Plinius Lib. II. Cap. 108. Lib. IV. Cap. 22. quem vide.

30. ORIVND. FABRATERI. ITAL. Id est; *Oriundo Fabraterio Italiae*. Fabrateria, nobile oppidum in Via Latina, prope Lirim flumen, inter Aquinum, & Fregellas; quae postea Romanorum Colonia deducta est, anno post Romam conditam DCXXIIII. ante natum Christum CXXIIII. Vide Cluverium Ital. ant. Libro III. Cap. VIII. pag. 1038.

In Agro Aquileienſi.

33

SPEI. AVG. C. SACCONIVS
VARRO. TRIB. COH. I
MILLIARIAE DELMA
TARVM. M. V. S

Ex Variis auctoribus de Balneis.

Atinae, in Ara maxima Aedis B. M. verſus Occaſum.

34

Q. TETTIO. P. F. RVFO
PONTIANO
Q. TR. PL. PR. ATINATES
VRBANI. PATRONO

Ex Tabular. Civit. Caſtellanae, & ex Inſcr. Dom. Panicalis.

Sequens Inſcriptio erat olim in ſepulcro quodam veteri intra moenia opp. Civitatis Caſtellanae, ex cujus marmoribus incolae exornarunt.

35

D . M
P. GLITIO. L. F. GALLO
TRIB. MILIT. LEGION.
PR. III VIRO CAPIT OP
VEHEIS. P. Q. MAXIMILLA
AEGNATIA. CON O. S. P

Ex Tabulario Civit. Caſtellanae.

Romae,

36

D M
T. FL. RVFINIANO. TR
IB. LEG. IIII. FLAVIAE
CVR. VIAR OST. ET
CAMPANAE SCRIB
AEDIL. CVRVL. H. M.
ANICETVS LIB
B. M. F

Ex Schedis Bibl. Vatic.

33. In ultimo verſu mancam edidit Gruterus p. CII 3. qui Verderii fide, ait exſtare juxta fontem Timavi, non longe ab Aquileia, in Templo S. Johannis. DELMATARVM. Per E non per A ſcribitur in antiquis monumentis, DELMATIA. non DALMATIA. Eodem modo ſcripsrum in Tabula honeſtae miſſionis, quam vulgavimus in Parte I. Inſcr. ant. Etruriae Urbium pag. 69. Nec aliter ſcribendum cenſet Velius Longus in Libello de Orthographia, quod ſcilicet a *Delminio* maxima civitate, *Delmatia* nomen aeceperit. Vide Laurentii Pignorii Symbolarum Epiſtolicarum Epiſtolam XXXVII.

35. III VIRO CAPIT. Hoc eſt; *Triumviro Capitali*. De Triumviris Capitalibus, quibus carcerum cuſtodia demandata, luculenter agunt qui de Romanorum Magiſtratibus ſcripſerunt, quos enumerat Urſatus in Commentario de Notis Romanorum. In pluribus Gruteri inſcriptionibus, quae ad Magiſtratus pertinent, praeter Triumviros Capitales obſervari quoque poſſunt *Duumviri Capitales* p. CLXXXIX. 5. item *Quatuorviri Capitales* p. CCC XXXV. 2. In Gruterianis occurrunt Duumviri Legionum pag. CCCXLV. 10. Sexviri Equitum Romanorum CCCXLVIII. 1. Sexviri Turmis ducendis CCCXCIX. 6. In quarta, & quinta linea legitur OP. VEHEIS. fortaſſis, OPPIDI VELIS. In ultima CON. O. S. P. Ni fallor, *conjugi obſequentiſſimo ſepulcrum poſuit*.

36. Scilicet; *Curatori Viarum Oſtienſit, & Campanae, Scribae Aedili Curuli, hoc monumentum Aniceti libertus benemerenti fecit*. VIAR, reformandum R in E, ut dicat VIAE, aliorum lapidum exemplo apud Gruterum.

Caſtu-

Caſtulonae in Hiſpania, nunc Caſlona.

37
Q. MARTIO. C. F. TRIB.
LEG. VII. FEL. INVIC
ET. LEG. XII. GERM.
LEGIONARII. BENEM
P

Ex Bened. Ramberto.

Fulginii.

38
CN. LERIO. C. F.
FLACCO
TRIBVNO. MIL. LEG. XIX
MVNICIPES. ET. INCO

Ex F. Pontani Antiquit. Fulg.

Praeneſte.

39
SEX. IVLIVS. SEX. F. POL. RVFVS
EVOCATVS. DIVI. AVGVSTI. PRAE
FECTVS. I. COHORTIS. CORSORVM
ET. CIVITATVM. BARBARIAE. IN
SARDINIA

Ex Libro antiquo MS.

Via Praeneſtina.

40
DIS. MANIBVS
C. ALFIDIO. C. F. PAL. MANCINO
EQ. VIX. ANN. LXXXIX
C. ALFIDIVS. C. F. PALATINA. TAPPVS
D. D. II. NON. APRIL. CN. FABIO. AMBVSTO
C. PLAVTIO. PROCVLO. VERO. COS

Ex Schedis Manutianis Bibl. Vatic.

Via Nomentana.

41
M. POMPILIO. M. F. QVIR. SABINO
EQVIT. ROM. VIX. ANN. LXVI
M. POMPILIVS. M. F. QVIR ASPER
PATRI. PIISSIM. POS. K. IVN
L. SCIPIONE. ASIATICO. C. NORBANO
COS

Ex iſdem Schedis.

40. Ambuſti, & Proculi conſulatus in Capitolinis Faſtis notatur anno U. C. 395 Fabiorum praenomen in Tab. Capitolinis non *Caeſus*, ſed *Marcus* eſt, uti etiam apud Diodorum; ſed apud Caſſiod. *Caius*. V. Sigonii Commentarium in Faſtos Romanos.

41. L. Cornelius Scipio Aſiaticus, & C. Norbanus Conſulatum inierunt anno U. C. DCLXX, ut notatur in Faſtis Capitolinis. Vide praelaudatum Sigonium. Aliter edita eſt haec inſcriptio in Gruteri Opere pag. MXXXI. 9.

Inter ruderа oppidi Theſin, *in Hungaria*.

42

VLP. VALENTINO
EQ. ALE. AN. XL
H. S. P. ET. VALEN
TINO. FIL. AN. XI
MEITIME. FEC
EIVS. PROVIN
CIALIS. HER. P

Ex Ramberto.

Aquileiae, in Domo Strafoldiorum.

43

AVRELIVS DOMITIANVS
BENEF. LEGIO
NIS. VIXIT
AN. XXXX. MILIT
AVIT. AN
XX. ACEPIT
MISSIONEM

Ex eodem Ramberto.

Tiburi.

44

M. MATRIDIO. M. F. CLAVDIA
TATTO. SABINO. EQ. ROM.
VIXIT. ANN. LXXII. MENS. IIII. D. III
MIL. TVR. L. VERISSIMI. LEG
XXI. MINER. ♂ ANN. VIII
MATRIDIVS. SPERATVS. PATR. T
F . C
IN. FR. P. XXVIII. IN. AGR. P. XXIIII.

Ex Adverſariis Achillis Statii.

42. Ulpius Valentinus Eques, ille ipſe fortaſſis eſt, qui voti compos factus, Jovi votivam tabulam dedicavit, cum eſſet Veteranus Legionis decimae Geminae, quam producit Gruterus pag. XIV. 11.

43. ACEPIT MISSIONEM Lege ACCEPIT. In pluribus lapidibus ſcriptum MISSVS EST; & notantur Conſules. Militibus vicena ſtipendia meritis dabatur honeſta miſſio, & Romana civitas ab Imperatoribus. Vide aeneam Tabulam honeſtae miſſionis datae a Domitiano Auguſto, ex Mediceo Muſeo depromptam Parte I. pag. 69.

Via

Via Aurelia, in Vinea quadam.

45

D M
T. HORTENSIO
MVCRIONI. NAT
MARSAQVL. V. AN
XXXXV. AEL
VERINVS. ARM. CVST
EQ. SING. AVG. FRATRI
F C

Vidit, & exſcripſit Donius.

Via Lavicana, in quodam monumento.

46

D M
IVLIO. BONOSO. EQV
SING. TVR. TERTVLLINI
NAT. PANN. VIX. XXVI
MIL. AN. VII. AVRELIVS
VITALIS. ET AVREL. DIG
NVS. HERED. B. M. F.

Ex iiſdem Schedis.

In Via Appia.

47

M. IVLIO. M. F. VIVANIANO
EQVITI. SING. TVR. AMERI
NI. NAT. DELMATIA. MIL.
AN. XII. VIX. AN. INTEGER
INTEGR. LVIII. M. AVREL
IVS. VITALIS. ET. AVRELIA
VARIA. HERED. B. M. F
IN. FR. PED. $\overline{\text{IIX}}$. IN. AGR. P $\overline{\text{XS}}$

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

46. Fabrettus in tertia linea habet TVR · TERTVLLI. Inſcr. ant. Cap. V. n. 8. Exſtare ait in Hortis Vaticanis.

47. TVR AMERINI. Turma, ni fallor, Gnaei Amerini Felicis, cujus fit mentio in Gruteriano lapide p. MCVI. 2. Amerimnotum gentem numquam obſervavi in editis antiquis marmoribus. Lapſus eſt Cl. V. Octavius Falconerius in Notis ad inſcriptiones Athleticas, editionis Romanae pag. 54. in quibus *Amerimni* uſitatum cognomen, quum ſermo eſſet de M. Mettio Amerimno Archunte, pro nomine gentis *Amerimnae* ſumpſit, quae hactenus incognita eſt. VIX. AN. INTEGER INTEGR. LVIII. Id eſt; *Vixit annos integer integros quinquaginta ſeptem*. qua formula in alio lapide adhibita apud Gruterum p. DCCCCXXXIV. 4. & apud Fabrettum Cap. IV. Inſcr. ant. pag. 328. ſignificatur eadem die M. Julium Vivianum Equitem Singularem mortuum eſſe, qua natus eſt. Clarius id exprimitur de T. Flavio Patidione in Florentino lapide Muſei Medicei, quem illuſtravimus pag. 78, 79. in quo ſcriptum eſt natali ſuo eum deceſſiſſe.

Cippus

Cippus effoſſus Via Praeneſtina.

48

D . M

AVREL. VICTOR. EQ.

SING . TVR . CONSTAN

TINI . NAT . DACVS

ALLECTV . EX . ALA . I . ILLY

RICOR . VIXIT . ANNIS . XXXIII

MIL . AN . XIII . VLPIVS

MACEDO , ET . VLPIVS . MA

TERNVS DVPL. HEREDES . B . M . F.

Hsic icon equi Singularis

Vidit, & exſcripſit Donius.

Romae.

49

D . M

C . CESENNIO . SE

NECIONI . C . CHOR . II

PR . P . V . EXERCITATORI

EQVITVM . PR . FECIT . C . CE

SENNIVS . DIONYSIVS . LIVE

RTVS ET HERES.....

ENTECOTIC.....BPITY

ANIA

Ex Schedis Bibl. Vatic.

48. In hoc quoque ladide edendo Cap. V. n. 71. Fabrettus omiſit locum ubi inventus fuerit.

49. C CESTNNIŌ. Hujus gentis nomen & cum diphthongo, & ſine diphthongo legitur in antiquis lapidibus. C. COHOR. II. RR. P. V. Hoc eſt; *Centurioni Cohortis Secundae Praetoriae Praetorii Urbis*, ut Fabrettus interpretatur Cap. III. Inſcript. ant. pag 140. quem vide. Sequitur, EXERCITATORI EQVITVM. PR. hoc eſt, *Praetorianorum*. In alio veteri lapide penes Gruterum p MCII. 4. unico exemplo legitur, EXERCITATORI. EQVIT. SPECVLATOR. Tribuni *Exercitatores* occurrunt in Romano ſaxo apud eumdem p XLVI. 9. Quod nam fuerit munus Exercitatorum Equitum Praetorianorum facile colligitur ex Vegetio Lib. I. Cap. XXVI. & Libro III. Cap. IV. in quibus ſcribit de militaribus exercitiis. Exercitabantur Praetoriani Equites *decurſione*, non illa quidem funebri, ſed campeſtri, ut docent Tacitus Annal. Lib II. n. 55. & Tranquillus in Nerone his verbis: *indictaque decurſione Pretorianis, ſcutam ſua manu praetulit*. Quare a Vegetio *campicurſio* appellatur Alii milites alio exercitiorum genere, prout ſingulia conveniebat, exercebantur. *Ita exercitati*, [inquit Vegetius Lib III Cap IV.] *& eruditi in ſedibus milites, ſive illi legionarii, ſive auxiliares fuerint, cum ad expeditionem ex diverſis convenerint locis, aemulatione virtutis, proelium magis (neceſſe eſt) habebunt optatae quam otium.* Quae vero fuerint militum exercitia paullo ſuperius ibidem declarat Vegetius. *Campicurſionem (ut ipſi appellant) inſpectionemque armorum aſſidue faciant (principes) nullis commeatibus vacent. Ad nomen, ad ſignum obſervare non deſinant. Ad ſagittas jaciendas, ad miſſilia dirigenda, ad jaculandos lapides, vel funda, vel manu: ad aemoturae geſtum, ad vectes [jaculandos] pro ſimilitudine gladiorum. ſaepiſſime curſumque ſervando, multo die, uſque ad ſudorem ſunt frequentiſſime detinendi. Cuneus etiam, & ſalta ad tranſmittendas foſſas nihilominus imbuendi. Seu mare, ſeu fluvius vicinus eſt juvenibus, aeſtivo tempore ad natandum cogendi ſunt omnes. Praeterea ſilvam caedere, itere per damoſa, & abrupta facere, materiam dedolare, aperire foſſam, occupare aliquem locum, & ne a contubernalibus detrudantur, ſcutis invicem obviantibus niti.* Eodem modo in navali militia *Exercitatores Navaeborum*, & proculdubio Claſſiariorum ſupra adnotavimus in hac Claſſe n. 11. Ita militarea copiae ab exercitio, quod ter in uno quoque menſe fiebat, Auguſti inſtitutione, nomen invenerunt, ut *exercitus* dicerentur, auctore Varrone Lib. IV. de Lat. L. & Cicerone Lib. II. Tuſcularanum.

Effoſſi.

Effoſs. ann. MDCXXXIII. *Via Praeneſtina, in minis ejus Templi, quod vulgo dicitur* Torre Pignattara (*Turris Ollaria*) *propter vaſa quaedam fictilia rubri coloris, quae pariesi in ambitum inſerta viſuntur circa regionem fornicis.*

Rubiis in Galloecia, reperta eſt Statua lapidea militis cujuſdam, ſupertunicam cinctì, & balteum ſcalpturatum habentis: cum parma, ſeu clypeo mucronato, & cum hoc titulo

ADORNO VEROTI F.

Ex Martini de Roa Aſſigi.

50

D . M
T. AVREL . VICTORI . FECIT
AELIA. VRSA VIXIT. ANNIS
XXX. M. AN. XII. EQ. SING.
AVG.B.TRIB.TVR.FL.IVSTI
P. AEL. VICTOR. DEC.EQ. I A...
IMP.N. ET.M.VLP. SILVINVS
HERED. AMICO. OPTIMO
FACIEND . CVRAVER

Heic icon equi ſingularis

Vidit, & exſcripſit Donius.

51

A . SATRIVS
VRBICVS
VEXILLARIVS
. POMPONI
DOMO. FLORENTIA
SILVANVM
EX. VOTO . POSVIT

Ex MS. Bibl. Vatic. n. 6038.

50. Ita ſupplevi hunc lapidem, quem Fabrettus fractum, & non indicato loco ubi effoſſus fuerit, produxit Cap. V. n 85. B. TRIB. Ideſt, *Beneficiario Tribuni*. De Beneficiariis militibus agit doctiſſimus omnium eruditae antiquitatis interpretum Reineſius in 35. Claſſ. VIII. DEC. EQ. Hoc eſt, *Decurio Equitum*; de quo audiendus Vegetius Libro II. Cap. XIV. *Habet una Turma Equites* XXXII ; *hiſce qui praeeſt* DECVRIO *nominatur*; *ut enim* CX *Pedites ab uno Centurione ſub uno vexillo gubernantur*; *ſimiliter* XXXII *Equites ab uno* DECVRIONE *ſub uno vexillo reguntur*. Si bene oculis uſus ſum in perluſtrando Grutero, ac Reineſio ſingularis haec eſt in vetuſto lapide mentio *Decurionis Equitum Imperatoris*. I A . . . . . [*f. Primae Alae.*] In editis ſaxis cogniti ſunt *Decuriones Alarum*. In Gruteriana ſupellectile leguntur *Decuriones Alarum Provinciae Mauretaniae Caeſarum* CCCCLXXXII. 7. Alae *Getulorum* CCCCLXXVIII. 7. Memorantur etiam DC. 14. *Decuriones Balliſtariorum*. Apud Reineſium Cl. VIII. n. 57. occurrit M. Lucilius Secundus Decurio, miſſus ex Ala Frontoniana, ideſt Frontonis.

51. A. SATRIVS. Hunc A. Satrium Urbicum militem Florentinum, Vexillarium Centuriae, ſive Centurionis Pomponii, fratrem fuiſſe exiſtimo A. Satrii Libani Florentini, militis Cohortis Primae Praetoriae Martialis, cujus ſepulcralem cippulum in Agro Florentino effoſſum vulgavimus in Parte I. Inſcr. ant. Flor. pag. 452. n. 93. Silvanum ex voto poſuit, ſcilicet Silvani Signum, ut in Gruterianis LXIII. 4. poſuit dedicavitque. Perſpicuum eſt Silvano vel gratiarum agendarum causâ vota nuncupata fuiſſe non ſolum ab Agricolis, & Vilicis, ut oſtendit Tomaſinus de Donariis, Cap. XXIV. verumetiam, ut ex inſcriptionibus votivis conſtat, a Militibus, LXIV. 8. LXV. 4. & a Libertis Caeſarum, ut ex eodem Grutero colligi poteſt.

Apud

Apud Benedictum Egium, ſepulcrum advectum ex Via Lavicana:

52

L. AELIVS. FAB. BRIXIA. VETERANVS
MILITAVIT. LEGION. XVI
IN GERMANIA. ANN. XXII
VIXIT ANN. XXXV
P. AELIVS. FAB. BRIXIA. IDEM. FRATER VETER....
MILIT. LEGION. XVI. IN. GERMAN. ANN. XXII. V. A. XXXV

Ex Adverſariis Achill. Statii, & ex Schedis Bibl. Vatic.

Sub Civitate Hortae, prope Tiberis ripas, cippus effoſſus anno MDCXXXIII.

53

SEX. ATVSIVS
SEX. FIL. FABIA
ROMA. PRISCVS
EVOC. AVG
PRIMVS. OMNI
VM. ARAM. TIBERINO
POSVIT. QVAM. CALI
GATVS. VOVERAT

Vidit Donius, & exſcripſit.

Tiburi.

54

D M
AVR. DISZA. EQ.
AVGG. N N. VIX. AN
XXX. M. XII. ȝ.
BASS. N. TRAX
SECVNDVS. HER
SEP. DINES. ET. LE
GATAR. T. B. M. F. C

Ex Adverſ. Ach. Statii.

53. Rurſus in lucem prodire voloi hanc Inſcriptionem elegantiſſimam, eo quod V. C. Donius annum notaverit, quo fuit inventa, ceteroquin ignoratum a Fabretto Cap. VI. n. 7. & a C. V. Juſto Fontanino Archiepiſcopo Ancyrano Lib I Cap VIII d. Antiquitatibus Hortae, qui primus erudito commentario eam illuſtravit. Nil igitur dicam de cultu Fontium, deque Ara poſita Tiberino patri, tamquam Numini, ſub Civitate Hortana, prope Tiberis ripas. Illud inquirendum eſt an primum ara Tiberino Patri poſita fuerit a Sexto Atuſio Priſco Evocato Auguſti, ſuo dumtaxat nomine, & voto; an vero ex voto Caligati. Sed perpiuum eſt ipſum Atoſium aram voviſſe Tiberino Patri Flumini cum miles eſſet *caligatus*, nempe gregarius, manipularis, & infimae ſortis, & claſſis. Poſtmodum Evocatus Auguſti factus, adeoque ad majorem honoris gradum evectus, votum ſolvit, primoſque omnium aram Tiberino Patri dedicavit. Caligatus igitur non eſt viri nomen, ſed appellatio officii ejoſdem Atuſii, cum eſſet miles adhuc caligatus. Nam caliga, prima ſui inſtitutione, eſt militare calceamentum; & ut obſervat Balduinus de Calceo Cap. XIII. ita propriom eſt militis epitheton, ut per ſe ſaepius pro milite accipiatur ab Juvenale Satyr. ult. u 24 & a Suetonio in Auguſto c. 25. Sic Marium Seneca Lib. V. de benef. Cap. 16. dixit, *a caliga ad conſulatum perveniſſe*. Accedit veterum Juriſconſultorum auctoritas, apud quos frequens eſt *Caligatorum* mentio. Trea nominat Julius Nigronios Cap. III de Caliga, nempe Ulpianum, Venuleium, Arrianum; quem vide. In vetuſtis quoque ſaxis *Milites Caligati* memorantur in Gruteri Theſauro p. CCLXXIX. 4. In Auximate marmore p CCCCXLV. 9. laudatur C. Oppius.... ..... qood OMNIBVS. OFFICIIS IN CALIGA. FVNCTus fuerit. In Schedis haec notavit Donius. „ Anno MDXI. dum Eccleſia D. Vincentii, quae ſita eſt inter Baſilicam D. Pe„ tri, & Palatium Pontificium deſtrueretur, detectae ſunt octodecim columnae, quae „ tempore Pauli III. ut firmius ſuſtinerent aedificia eidem Eccleſiae ſuperpoſita, late„ ritiis parietibus circumſtructae fuerant. In earum unius baſi legebatur inſcriptio mi„ litis, qui militaverat IN CALCEO ET CALIGA annos aliquot; quae ſtatim in uſus fa„ briles conceſſit, ut teſtatur Jacobus Grimaldos,

In

In Villa Salmat, *in Hungaria.*

55

M . AVREL
REDITVS
BF . LEG . LEG
II . PARTH . P . F .
SEVERIANAE
V . S . L . M
SVSCEPTA . PIDE . EX . ORCO

Ex Ben. Ramberto.

In Coenobio D. Pauli ad Columnam Antonini.

56

D . D . M .
VMBRIVS . VALERIANVS
BEF . EQ . S . VMBRI . F
STIP . XVII . EX . PROVIN
MAVR . CAESARENSE
VIX . ANN . XXXVI
VMBRIVS . SEDATVS . SIG
ET . VMBRIVS . SECVNDVS
CVR . FRATRI . DVL . FEC

Deſcripſit Donii Amanuenſis.

Effoſſ. Via Flaminia.

57

BESVLENAE
LASCIVAE
VIX . ANN . XXX
L . BESVLENVS
TRIB . LEG . XXXVI
CONIVGI . PIISSIM
ET . BESVLENO . PHI
LIPPO . FIL . DVL
FECIT . ET
SIBI

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Tiburti.

58

C . IVLIO
INGENVO
C . F
TRIB . LEG . III . ITAL .
TRIB . COH . VICTOR
INFANTI . BENIGN
PLVRA . DE . SE
MERENTI .

Ex Schedis Bibl. Vatic.

55. Alirer deſcripram ex Schedis Varicanis edidit Fabrettus Cap. X. n. 317. Ramberti deſcriptio conſona eſt Romano lapidi Groteriani Theſauri p. DXXVII. 5. in quo ſir mentio *Legionis ſecundae Parthicae Piae Felicis Severianae Aeternae.* SVSCEPTA . PIDE . EX ORCO. ut auguror, *ſuſcepta ope, auxilio.* Nam fides, apud oprimos Latinos auctores pro ope, auxilio, ac patrocinio non raro ſumiror. Vel potius promiſſione facta voroque nuncupato Orci monitu; ur in aliis votivis ſaxis, in quibus exprimunrur Numina, quorum monitu, oraculo, imperio, juſſu, viſu vora ſuſcepra fuere. Apud Gruterum exſtat inſcriptio dedicata ORCO PEREGRINO. Orcus idem ac Pluro, fidei, & juramentorum cuſtos habitus; per quem, ur fabulantur, Dii jurare ſolebant. Fidem certiſſime ſervare credebarur. Laberius: *Tollet bona fide vos Orcus in Charonium.* Orcus pro morte acceprus.

56. Variat in olrimo verſo Fabrerrus Cap. V. n. 74. qui ait exſtare in Aedibus Barberinis.

58. INFANTI . BENIGN *benigniſſimo.* His blandis nominibus ſolenr alumni appellari a ſuis educatoribus, & nutriciis. Victor igirur, ut puto, educator, ſive outritor fuit C. Juli Ingenui, Tribuni Legionis Tertiae Italicae, &c.

Effoſſ. in eadem Via Flam.

59

D BESVLENO M
PRIMIGENIO
VIX. ANN. XI
MEN. VII. D. VIIII
L. BESVLENVS. SEX
FIL. CLV. PHILIPPVS
INTERAMNA
VMBR
TRIB. LEG. XXX. VLP
FEC
IN. FRON. PEDES. IIII
IN. AGR. PEDES. VIIIS

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Bellaii, in Sabaudia Ditionis Veſontinae.

60

D M
MEMORIAE
ETERNAE
ſic
VICTORINO
VITTVLIO
VETERANO
HONESTE
MISSIONIS
LEG. VIII. CIVI
SVMEL. OCEN
NESI. COGITA
TIA. CVPITIANA
CONIVX. ET. VIT
TVLINVS. FIL. P. C

Ex iiſdem Schedis.

Caſtulone in Hiſpania, nunc Caſlona.

61

L. SEPTIMIVS. Q. F. SEMPRONIANVS
P. P. LEG. IIII. GEM. VICTR. SIBI. ET
FVLVIAE. C. F. FVSCILLAE. VXORI
DVLCISSIMAE. CVM. QVA. VIXIT
ANN. XII. M. II. DIES. VI
SINE. QVERELA

59. Minus accurate edita haec inſcriptio a Sponio in Miſcell. pag. 183. non indicato loco ubi reperta fuerit.

Romae

Romae, extra Portam D. Petri.

62

D. AELIVS. D. F. PAL. IANVARIVS. P. P.
LEG. III. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBER
TABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM
SE. VIVVS. INCHOAVIT. ET. T. FLAVIVS
AELIAN. ET. FLAVIVS. SYRISCVS. LIBER
ET. HEREDES. EIVS. CVM
MACERIA. CLVSVM. CON
SVMAVER. IN. F. P. VIII. IN
AGRO. PEDES. XVII

Ex iiſdem Schedis.

Sub ara quadam Eccleſiae in Oppido Martos *Hiſp.*

63

L. IVLIO. L. F. SE
SCAENAE. DECVRIA
LI. CENTVRIONI
HASTATO. PRIMO
LEG. IIII. VIR
LAETA, FILIA

Ex Ramberto.

Romae.

64

SEX. APVSTIO. SEX. F. ESQ.
VERISSIMO. NAT
MEDVLLIA. COMIT
LEG. VI. AVG. VIXIT ANN. LX
MIL. ANN. XXVI
SEX. APVSTIVS. SEX. F. ESQ.
AVCTVS
COMIT. LEG. VIII. AVG
T . F

Ex iiſdem Schedis.

6a. Lineis aliter diſpoſitis, & paullo aliter deſcripta quarta & quinta linea, edidit hunc lapidem Reineſius Cl. VIII n. 75. CVM MACERIA CLVSVM. ſubintellige *Monumentum*, *Sepulcrum*. In alio lapide apud Fabrettum Cap. III n. 238. CVIVS MONIMENTI. MACERIA. IN. CIRCVITV. CLVSA. &c. Area quoque monumenti in pluribus Titulis dicitur MACERIA CINCTA. cluſa item ac munita. *Maceria* in re funebri, ut interpretatur V. C. Philippus a Turre Epiſcopus Adrienſis in Commentario de Diis Aquileienſibus pag. 307. murus erat caementitius concludens ſpatium ſepulcro deſtinatum quoquoverſus. In area ſacrum Diis Manibus fieri ſolebat. Vide eumdem Fabrettum Cap. III. n. 284. 592. 595. Cap. I. n. 279.

64. In penultimo verſu legitur apud Sponium in Miſcell. pag. 255. COMITVS. LEG. VIII. AVG. Quae ſit Comitis dignitas, & officium in re militari, idem Sponius exponit. MEDVLLIA oppidum in Latio, ab Albanis conditum, quod Romulus per deditionem acceptum, Coloniam Romanorum fecit. Vide Cluverium Ital. ant. Lib. II. pag. 665.

Romae.

65

DIS . MAN . S .
L . AVRELIO . L . F . LAVR
COMIT · LEG . III . GEM
L . AVRELIVS . PANNICVS
MIL . COH . X . PR
H . T . F

Ex iisdem Schedis.

In Heremo D. Stephani in Hispania.

66

V . ET . CASTRORVM
AC . PATRIAE
F . SABATINA
LEG . VII . GEM . SEVER
P . F . EX . CORNI
AET . FE . MM · VV
VRBANO . COS .

Ex iisdem Schedis.

Caietae, in portico Templi maximi, fragmentum infertum parieti.

67

IIIIIIIIIIIIRIVS . C . F . AEMI . GAL IIIII . F . LEVIS . ARMATVRAE
HISPANIENSIS
IIIIIIIIIIIIIIIIIRIVS . C . F . AEM IIIIIIIIIII

Ex iisdem Schedis.

Romae, in Vinea Baptistae Anagnini,

68

C . CATINIVS . C . F .
QVIRINA
METIDIVS
MAIORINVS
ADIVTOR . ANNON
LEG . XXX . VLP
ET . MISSICIVS
LEG . EIVSDEM
VIX . ANN . LXXV
TESTAMEN . F . I
IN . FR . P . III . IN AGRO
PEDES VIIII

Ex iisdem Schedis.

Romae, in Domo Episcopi Sipontini, sive Via Latina inter quasdam parietina.

69

L . CORNELIO .
FIRMIANO . Q . F
AVIL . VETERANO
COH . III . PR
MISSO . HONESTA
MISSIONE
QVI . V . A . XXXXV . H
EX . TESTAMENTO
IPSIVS
POSVERVNT

Ex iisdem Schedis, & MS. ant.

66. C. Caelii Urbani, & Maximi Consulatus notatur in Relandi Fastis Consularibus anno U. C 986. Christi vero 234.

68. Sponius in Miscell. pag. 243. locum non declaravit, ubi exstet haec inscriptio, vel ubi visa, ac descripta fuerit; quin etiam variat in dispositione linearum. MISSICIVS. qui, quod Veteranus esset, emeritis stipendiis, mox honesta missione donandus, adhuc sub vexillo erat. Vide Tacitum Annal. Libro I. n. 26. 36. Catinia familia cognita ex alio vetusto lapide Puteolano apud Fabrettum Cap. IV. n. 95. quem vide.

Romae,

Romae, juxta fundum Longitiae.

70

D . M
SECVNDVS. CLAVDI
VS. SEX. F. PALATINA
AVSPICALIS
BONONIA
MIL. COH. X. VOLVN
C. R. OPTIVS. TRIB
LEG. I. VOLVNTAR
MILIT. ANN. XVII
VIXIT. ANN. LXIII
T . F . I

Ex iisdem Schedis.

Romae.

71

D M
M. ANTONIO. M. F. QVIR
PALLANTIANO
Ⅴ. COH. V. AVG. PRIMOPILO
LEG. III. PARTH
M. ANTONIVS. M. F. QVIR
THORAX
Ⅴ. COH. X. PRAET. T. F. C

Ex iisdem Schedis.

Romae, ad Portam Pincianam.

72

M. CRITONIVS. M. F.
APOLLONIVS
MILES. EX. ARMAMEN
TARIO. AVGVSTOR
BALTEARIVS
FECIT. SIBI. ET. SVIS
LIBERIS
IN. FR. P. XIII. IN
AG. P. XVIII

Vidit, exscripsit Donius.

Via Appia, in Vinea Attii Arcionis.

73

D . M
ET. MEMOR. SACRVM
A. TERENTIO. A. F. PAL
SEXTILIANO
SECVNDICENO
VIX. ANN. XLIIX
D. XXVI.
M. AVRELIVS. EVOK
COH. VIII PRAET. AMIC
KARISSIMO. FECIT

Ex Schedis Bibl. Vatic.

70. Paullo aliter edita haec inscriptio a Reinesio in Cl. VIII. n. 76. ex Schedis Langermannianis, in quibus notatum fuerat exstare inter Viam Appiam, & Latinam. In Schedis vero Vaticanis describente Donio, Romae juxta fundum Longitiae. (*Lusghezza*) quae nunc est Casale Gentis Stroziae; ubi olim detecta aedicula Canopo Aegyptiorum Deo sacra, de qua diximus in Par. I. Inscriptionum antiquarum Etruriae Urbium ad Tabulam XIX. pag. LXXXV. Haec eadem inscriptio illustratur a Comite Malvasia inter marmora Felsinea Sect. V Cap XV.

72. Post Sponium pag 253. in Miscellaneis iterum produco hunc lapidem, sed declarato loco ubi Donius descripserit, quem Sponius praetermisit. Reinesius locum declaravit Cl. VII. n. 69. sed lapidem duobus ultimis versibus mancum produxit.

Via

Via Portuenſi.

74

C. NONIVS. C. L. EPAPHRODITVS
NONIA. VALERIA. PACATA M
C. NONIVS C. F. PAL. SOSTRATVS F
NONIA. PRISCILLA. AVFENA. S
C. NONIO. C. F. PAL. CELERINO. EVOK
AVGG. NN. LEG. III. PARTH.
CVM. PARENT. SARCOPH. FECERVNT

Ex iiſdem Schedis.

Apud Portam Capenam.

75

QVART. ANNIVS. QVAR. F. POLL
SATVRNINVS
VERONA
MIL. LEG. V. AVG. PRAEF. VIGIL.
PROCVRATOR. VIGESIM. HERED
ET. QVARTINIA. BABAERIA
VXOR. FECERVNT. H. T. I. S
H. M. D. M. ABES
IN. FR. PED. XVIII. IN AGR. P. XXVS

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

76

D. M
T. AVRELI
CL. CERTI
CEMENELI
FR. LEG. XX. V. V
IVLIVS. SEVERVS
ET. AVRELIVS
SEMPRONIVS
H. F. C

Ex iiſdem Schedis.

75. Sine declaratione loci edita eſt a Fabretto Inſcr. ant. Cap. I. n. 108. itemque a Sponio in Miſcell. pag. 10. 3. qui praeterea nonnullis mendis eam inſperſit.

76. FR. LEG. XX. V. V. Videlicet, *Frumentarii Legionis Vicesimae Valentis Victricis.* H. F. C. Hoc eſt; *Heres faciendum curavit*, vel, *fieri curavit.*

In Via

In Via Appia.

77

D M
T. AETERIO. VA
LENTIO EVOC
AVG. NOSTR
AVR. FIRMINA
COIVX. ET. VALE
NIA. ALBINA
FILIA. HEREDES
BENEMERENTI
FECERVNT

Ex iisdem Schedis.

Polae.

78

. . . . . VRELIO
. . . . . CVTONI
MIL. LEG II. ITAL.
STIPEND. XXIII
TERENT. LVCIANVS
SIGNIF. LEG. S. S
CONTVBERN. FECIT

Ex iisdem Schedis.

*

79

P. SAFINIVS. C. F. POL
GRATVS. SPECVL
VIXIT ANNOS XXII

Ex iisdem Schedis.

Romae, prope Vineam Pauli Pontii.

80

DIIS. MANIB.
SACR.
Q. AVALLIO. Q. F.
GAL. ASTERIO
VERONA
>. LEG. VIII. AVG
Q. AVRELIVS. Q. F.
GALER. IVCVN
DINVS. PRAEF
FABR. LEG. II. AVG
FRATRI. PIISSI
MO. POS

Ex iisdem Schedis.

Via Appia, in Vinea Cardellii.

81

DIIS MANIBVS
SEX. IVNIO. SEX. FIL
TROM. LATINO
ADRVMETO
VIX. ANN. LIII
M. VIII. D. III
A. VALERIVS. VAERIANVS
MILES. TESSERARIVS
AMIC. PIENTISSIMO
FECIT

Ex iisdem Schedis.

80. Depromsit Fabrettus, non indicato loco, Cap. IX. n. 62. item minus accuratè Spontus in Miscell. pag. 61.

Via

Via Lavicana.

82
DIS . MAN
T. TRATIO. T. F. STEL
SARTINIANO. NAT
A DRVMETO
VETERANO. VIX
ANN. LXXII
T. ERTIVS. P. F. STEL. VA
RVS. MILES. SPECVLATOR
H . F
IN. FRONTE. PEDES. VIIII.
IN. AGRO. PEDES. VIIII

Ex iisdem Schedis.

Romae, apud Achillem Maffaeium.

83
Q. NAEVIVS
MARINVS
MILES. EX. AR
MAMEN
IMP. CAESARIS
DOMITIANI. AVG
GERMANICI
CASSIDARIVS
VIXIT. ANNIS. XXXX

Ex Adverſ. Achillis Statii.

In Cimeliotheca Franc. Gualdi prope Columnam Traiani, in Sepulcro parum fracto.

84
VLP. EMERITO. MILITI SPE
CVLATORI. COH. I. PRE. QV
INTII. VLPI. AVRELIA. ET
VLPIVS. EMERITIANVS
PATRI BE. M

Vidit, & deſcripſit Donius.

Romae, Apud Martium Milefium.

85
D Ϭ M
T. SEMPRONIO
PVDENTI Ϭ MIL
FRVM Ϭ LEG Ϭ XXV
PVDENS Ϭ VERNIA
NVS Ϭ HERES Ϭ
B M

Deſcripſit, & vidit Donius.

Via Appia, in Vinea quadam.

86
SEX. SEXTIO. CARPOPHO
RO. TESSERARIO. LEG
VI. FERR. AN. VIII. QVI. VIX. AN
LVIII. M. VIII. D. VIII. B. M. F
SEXTIA . IVNIA . VXOR

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic

Apud Achillem Maffaeium.

87
C. VETTI. PRISCI
VETERANI
COHORTIS. XI. VRB.
PAPIRIA. FELICLA
CONIVGI. B. M.
FECIT. ET. SIBI

Ex Adverſ. Ach. Statii.

83. Fabrettus non indicato loco protulit hunc lapidem Cap. VIII. n. 147. quod & in ſequenti fecit heic edito n. 85. quem apud ipſum vide Cap. X. n. 352.

In Via

In Via Portuenſi.

88

DIS . MAN . S .
T . SATELLI . T . F . VOL . IVSTINI
MIL . VETER . VIX . ANN . LXVI
T . SATELLIVS T . F . HILARVS
DEDIC . K . IVN
L . SVLPICIO . PATERCVLO
A . ATILIO . CALATINO COS

Ex iiſdem Schedis.

In Via Flaminia.

89

CN . VATINIO . L . F . VENANTO . N
TAVCHOEIRA . EX . AF
VETERANO . OPTIO . TRIB . LEG
III . PARTHIC.....
VIX . ANN . LXI . M . VIII
CN . VATINIVS . L . F . PERPETVVS
T . F . C

Ex iiſdem Schedis.

In Horto Sabuntianorum Tranſtiberim.

90

D M
T . FLAVI . FRVENDI
FR . LEG . VIII . AVG
M . SABIONIVS
CINNA . ET .
T . FLAVIVS . TERTIVS
ET . C . MELLONIVS
SEVERVS . FR . LEG . XXII
PR . H . F . C

Vidit, & exſcripſit Donius. Et ex Libro ant. MS.

*

91

D M
MARIVS
MAXIMVS
DVPLICARIVS
ſic LEG . II . PARTHICE
SEVERIANAE
STIPEN . XX
VIXIT . ANN . XL
HERES . VALERIVS
CENSORINVS
POSVIT . BENEMER

Ex Schedis Vatic.

88. Inſigne conſulum Collegium in hoc lapide expreſſum eſt. L. Sulpicius Paterculus, & A. Atilius Calatinus Conſules fuere poſt urbem conditam anno 496. ex Anonymi Faſtis. Memorantur in Capitolinis Faſtis col. 2. Paterculus de Poenis, & Sardeis, Calatinus ex Sicilia de Poenis triumphavit.

89. Protulit Reineſius Cl. VIII. n. 84. ſed ſcriptura aliquantulum diverſa. Taucheira oppidum Pentapoleos Cyrenaicae, de qua Ptolemaeus, Stephanus, Strabo Lib. XVII Plinius Lib. V. c. 5.

Interamnae, Cippus in Horto Aedis D. Nicolai inter Portas.

92

DIS. MANIB
CASSIANI
EVOCATI
AVG

Ex Schedis Bibl. Vatic.

In Domo Epiſcopi Feltrienſis in Via Aquaeductuum.

93

D M
C. NERTONIO. LVDO
EVOCATO. AVG
AR...VTVS
L. PONTI. MARCELLI
SER. HERES

Deſcripſit Donii Amanuenſis.

In Monumento Viae Appiae, nunc omnino diruto.

94

T. APPONIO. TI. F. PAL. SABINO
EVOK. AVG. VIX. ANN. LXXXIX
TI. APPONIVS. TI. F. PAL. ANTONIA
NVS. SABINVS. PATER. ET
APPONIA. SABINA. MATER
FECERVNT
IN. FR. P. XII. IN. AGR. P. XXVI

Ex Libro MS. Bibl. Vatic. qui fuit F. Urſini.

In Cippo nuper effoſſo Via Salaria.

95

L. TERENTIVS
L. F. VEL
SIMPLEX
FIRMO PICEN
SPEC. COH
VII. PR. ›. SEI
MIL. ANN.
XVI. VIX. ANN
XXXVI

Exſcripſit Donii Amanuenſis.

Via Latina.

96

Q. AFRANIO. Q. F. LVPERCO
TAVCA. EVOCATO. AVG
MILIT. ANN. XXII. VIX. AN. LI
M. XI. D. XXVII. H. VI
AFRANIA. SABINA. M. F

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Romae.

97

C. CASPERI
VS. CLVENTI
NVS. SIGNIF.
LEG. X
GEM
Heic eſt imago aquilae

Ex iiſdem Schedis.

96. Paullo aliter Fabrettus Inſcr. ant. Cap. III. n. 388.

Io Moste

In Monte Citorio, ſecus publicam Viam.

98

D M
M. VAL. IVLIANVS
EVOCATVS. AVG. VIX
ANN. XXXVI. M. X. D. VI
MILITAVIT. ANN. XVII
M. VIII. D. XXIIII. EX IVSS
TEST. LIB. ET
VAL. ALEXANDER PA
TRONO. B. M. F. PROC
L. SEP. MAXIMO. C. AMERIO

Ex iiſdem Schedis.

Via Salaria.

99

P. TORANIO. P. F. ESQ
SARCINO
EVOCATO. AVG
VIXIT. ANN. LXVIII. M. VII
MIL. ANN. XVIII
D. XVII
M. TORANIVS. P. F. M. N. ESQ
PAGANUS
T. F. C

Ex iiſdem Schedis.

Effoſſ. extra Portam Janiculenſem, in Vinea Ginnettorum.

100

ALCIMACHVS
NERONIS. CLAVD
CAISAR. AVG. GER
CORPOR. CVST
DEC. ALBANI
NAT. BATAVS
VIX. ANN. XXXV
H. S. E. POSVIT
BATAVVS. DEC. MONTANI
HER. EIVS. EX. COLL. GER

Dedit Donio Cl. Meneſtrier.

Ibidem effoſſ.

101

TI. CLAVDIVS
CHLOREVS
NERONIS. CLAVDI
CAESARIS. AVG.
CORPORIS. CVSTOS.
DEC. SPICVLI
NATIONE. BATAVS
VIX. ANN. XL. H. S. E. POSVIRVNT
TIB. CLAVDIVS. DIADVMENVS. ET
CENSOR. DEC. SPICVLI
HEREDES. EIVS. EX
COLLEGIO. GERMANORVM

Idem Donio dedit.

99. EVOCATO. AVG. Plores Evocatos Auguſti, ſive Auguſtorum memoratos vidimus in ſuperioribus lapidibus; de quibus erudite diſſeroerunt Lipſius de Milit. Rom. Lib. I. Dial. VIII. & Lib. IV. Dial. VIII. Marcellus Donatus Diluc. in Suetonium in Aug. Cap. 56. Fabrettus de Columna Trajani Cap. VII. Reineſius in Appendice Omiſſorum pag. 1025. In Gruteri quoque Theſauro adnotari poſſunt *Evocati Auguſti*, & *Auguſtorum*. Primi, ex iis ſoere qui ſemel miſſi militia, vel terreſtri, vel navali, ot obſervavimus ad maritimum ſaxum Muſei Andreinii in Par. I. Inſcr. anciq. Etruriae Urbium pag. 236. emeritis ſtipendiis, ad eam revocabantor, veteranae, & cognitae fidei, virtutis, & peritiae. Alii ſimpliciter EVOCATI MILITES appellantur in antiqua inſcriptione apud Fabrettum Cap. IV. 514. interdum etiam REVOCATI, ut in Gruteriano ſaxo p. DXXIV. 7.

Alius Titulus, ibidem effoſſus.

102



Idem dedit Donio.

Via Latina.

103



Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Segaſti.

104



Ex Schedis Bibl. Vatic.

In Portico S. Mariae in Eſquiliis.

105



Ex iidem Schedis.

102. Hanc inſcriptionem omiſit Fabrettus; qui tamen alias duas, quae ad Cuſtodes Corporis Neronis Claudii Caeſaris Auguſti ſpectant, num. 100 & 101. hoc edidit, vulgavit Cap. X. Inſcr. ant n. 97. 98. ſed haud expreſſo loco ubi erutae fuerint. Notat vero exſtare in Villa Nobb. de Turre, Via Aurelia; & Cap. VII. pag. 163. de Columna Trajani inſertos eſſe hos cippulos in muro Vineae, Via Fornacum ſub Aurelia. In linea 8. cippuli ſuperius allati n. 101. erraſſe proculdubio videtur, qui ſcripſit VIXIT. ANN. XLII. S. E. pro VIX. ANN. XL. H S. E. Paucula alia meliora conferentibus patebunt. Decurionibus paruiſſe Cuſtodes Corporis Auguſtorum ex his inſcriptionibus intelligimus, ſingulos vero Collegium Germanorum conſtituiſſe; quum nulli mortalium armis, aut fide ante Germanos eſſent, ut ipſi gloriabantur. Vide Taeitum.

104. C. MIL. STRATORVM. Hoc eſt; *Centurionis Militum Stratorum*. De Stratorum officio, & dignitate plura Fabrettus Cap. VII. pag. 285. de Columna Trajani, quem vide.

Romae

Romae, in Templo B. Mariae in Via Lata.

106
DIS . MANIBVS . SACRVM
L . TACITI . L . F . LEM . DVBITATI
. . . . . VIX . ANN . XVII
L . TACITIVS . L . F . LEM . SECVNDVS
PARENTIO . ›. COH . II . PR . ET . TACITIA
PARENTES . FILIO OPTIMO ET PIISSIMO
FECERVNT ET SIBI POSTERISQVE SVIS

Ex Schedis Bibl. Vatic.

In Prato, intra Pronaum Baſilicae, D. Pauli.

. . . . . .
107 OBSEQVENTISSIMAE
. . . . . ET
O . COMMVNI . FILIO
A . SVVM . VOTVM . SVPERVIXIT
MILITIIS . EQVESTRIBVS
NTARIIS . PRAEFECTORVM
RVM . IMPP .

Ex Schedis Vatic.

Romae, in Domo Artemiſiae Frangipanae.

D M
108 M . VALERIO . SERVILI
ANO . MIL . LEG . I . AVG
VIX . ANN . LXV
M . VALERIVS . FELIX
MIL . LEG . AVG . P . F .
NAT . THRACIA
HER . FRAT . OPTIM
B . M . P
IN . FR . P . IIII . IN . AGR . P . VIII

Ex Schedis Manuſ. Bibl. Vatic.

107. Poſtremi verſus hujus fragmenti ita fortaſſis, ſi conjecturae indulgere liceat, ſuppleri, & interpretari poſſunt. A . COMMENTARIIS . PRAEFECTORVM . EVOCATORVM . IMPP . Quamvis in editis veteribus lapidibus in toto Gruteriano Theſauro nulla habeatur mentio *Praefecti Evocatorum*; tamen de eo inſignis eſt locus apud Ciceronem in ep. 6. Libri III. ad Famil. qui ejus meminit, laudatque Antonium PRAEFECTVM EVOCATORVM, virum fortem, & ſibi inprimis probatum, quem ſe habuiſſe refert cum eſſet Proconſul Ciliciae, anno U. C. 702.

Veſti,

Vaſti, in Aede D. Nicolai, Urna lapidea Aquae luſtrali deſerviens.

109

OSSA . SITA
SEX . MAGRI
Q. F. ARN
SATVRNINI
Ⅴ. LEG. Ī. MINER

Deſcripſit Stephanonius.

Cuprae Maritimae.

110

VALERIAE. AVG.
M, ARTORIVS. M. F. PAL
VICASIVS
PROCVRAT. AVGVST.
A RAT. X̄X̄. HERED
ET. PROCVRATOR. LVD
MAGN. Ⅴ. LEG. I. PARTH
OB. MER. EI. PVBL. P
ET. EPVL. D. D

Ex iiſdem Schedis Vatic.

Ravennae.

111

D. M ☾ AVRELIO. FESTIANO. NAT. PAN.
VET. AVR. GLAVCE. PATRONO. ET, CONIVGI
DVLCISS. B. M. P

Ex iiſdem Schedis Vaticanis.

110. VALERIAE. AVG. *Valeriae Auguſtae*, Valeriae Meſſalinae, ut arbitror, Tiberii Claudii Caeſaris uxori, ſtatuam, ſeu imaginem publice ob ejus merita, dato epulo, dedicavit M Artorius Vicaſius, ut hoc marmor oſtendit. Fuit hic, ni fallor, filius M. Artorii Medici, & amici Auguſti Caeſaris, quem laudant Patereulus Hiſt. Rom. Lib. II. Florus Lib IV c. 7. Val. Maximus Lib. IV. c. 7. Suetonius in Auguſto c. 91. Xiphilinus, Lactantius Firmianus Lib. II. c. 8 quae auctorum loca congeſſit Celeb. Carolus Patinus in Commentario in antiquum ejus Cenotaphium a Senatu Populoque Smyrnaeorum in ejus honorem dicatum. At noſter M. Artorius Vicaſius idem proculdubio, qui laudatur in Romano lapide e Gruteriana penu p. exxx. 1. ex quo colligimus non ſolum fuiſſe Procuratorem Auguſtorum a rationibus Vicenſimae Hereditatium, & Procuratorem Ludi magni, itemque Centurionem Legionis Primae Parthicae, ut in hoc Dnniano declaratur; verum etiam Tribunum Cohortis XV. Voluntariorum Civium Romanorum, Tribunum Legionis VII Claudiae, Piae, Fidelis, Praefectum Alae I Pannoniorum, Praefectum Montis Berenicidis, Flaminem Divi Aug Patronum Coloniae (cujus nomen, fracto marmore obſcurum mihi eſt) qui ob adoptiones M. ARTORIVS. M. F. PAL. PRISCVS. VICASIVS. SABIDIANVS appellatur. De ejus dignitatibus, quae in hoc lapide recenſentur, conſule Gutherium de Officiis Domus Auguſtae Lib. III. Cap. 35. Haec inſcriptio in Donianis Collectaneis locum habuit; ſed melius in Claſſe Tertia fuerat ſuperius referenda.

Via Le-

Via Latina, in quadam Vinea incolta.

112 NONIVS. ARVSIVS. N. F
PVBLIL. PAVCAESTA. NAT
CORCYRA. ›. NIGRI
MIL. LEG. II. AVG. MILIT
ARMAT. SIMPLAR. ANN
XVII. VIX. ANN. XXXIII
H. S. E

Ex iisdem Schedis.

Romae, in Domo Menicolae.

113 D M
M. PACCIO. M. F. RVFO
PRIMIPIL. LEG. II. AVG
PACCIA. HERENNIA
FLORA FECIT
MAT

Ex iisdem Schedis.

Juxta oppidum Sicambriam in Hungaria, non longe ab Aede S. M. Abbae; lapis termini usum praestans.

114 PACATO MVCARIS
MIL. LEG. II. ADI
STIP. XVI. XII. ANNIS
XXXV
DATONERITANI. CON
MILITONI. OBSE
QVENTISSIMO. ET. FRA
TER. EX. TESTAMEN
TO. FIERI. CVRAVIT
EX. H-S. N. DCCC

Ex Ben. Ramberto.

115 L. PRIVIGNIVS
CORNICVLA
RIVS
LEG. II. AVG
FECIT

Ex iisdem Schedis.

112. Aliquibus maculis corruptam edidit Sponius in Miscell. pag. 262. de loco vero ubi eruta nihil dixit. Milites simplaris armaturae ii erant qui simplam annonam accipiebant, quemadmodum duplaris armaturae, qui duplam, Vegetio auctore Lib. II. Cap 7.

114. LEG. II. ADI. Hoc est. *Legionis secundae Adjutricis.*

Via Latina

Via Latina.

116

M/. AIMILIVS. M/. F
TROMENTINA
MAXSVMVS
GELA
MIL. LEG. III. VALER.
MILIT. ANN
XIX. M. I.
VIX. ANN. XXXIX
M. VIII
H. S. E

Ex iisdem Schedis.

Romae.

117

DIS. MAN. SAC.
M. BAEBIO. M. F. FAB
PACCIENO. PRIMOP
LEG. IIII. AVG.
VIX. ANN. LXVI. M. VII. H. IX.
M. BAEBIVS. M. F. FAB
CELERINVS
FR. OPTVMO. FIDELISS. F. C
IN. FR. P. XI. IN. AGR. P. XX

Ex iisdem Schedis.

Romae.

118

DIS. MANIBVS. SACR
M. AVRELIVS. M. AVR. L.
CRESTVS. LITICEN. LEG III.
PARTHIC. FECIT. SIBI
ET. SVIS LIBERTIS

E iisdem Schedis.

Romae.

119

M. TVDICIVS. M. F
NIGER. LEG. V. VRB.
SIBI. ET. GRANIAI. M. L.
AFRODISIAI. VXORI

Ex iisdem Schedis.

Gallisti in Lusitania, inter alia Epitaphia, Emerita illuc translata.

120

C. IVLIVS. SEVERVS. VETERANVS
LEG. VI. VICTR. ANN. LXI. IVLIA. DAVE
LIBERTA EX. TESTAMENTO
F. C. H. S. E. S. T. T. L.

Ex Schedis Bibl. Vatic.

In Via

In Via Latina, in Vinea Baptiſtae Anagnini, non longe ab Urbe.

121

D . M
Q. MASVRIVS . Q. F
AIMIL. LEVTER
MIL . LEG . V . VLP
TRAIE . IN . COH . VI
PR . Q. ANN . XII . MIS
SVS . DVOBVS . GEM
SIBI ET
SILVANIAE . MARIAE
SEMPER . HONESTISS
VIX . SINE . VL . QVEREL

Ex iiſdem Schedis.

Emeritae in Hiſpania, reperta anno MDCVII.

123

D M S
L . MAELONIVS . APER
VET . LEG . VI . VIC P . F . AN
LXXI . MILITAVIT . B . COS
L . MAELONIVS . PRIMITIVVS
ET . MAELONIA . CAESIOLA
ET . MAELONIA . MALIA LIB
PATRONO . PIISSIMO
D . S . F . H . S . F . S . T . T . L .

Ex Jo. Bapt. Valent.

Tiburi, in D. Petri.

123

PRAEF . CASTR . LEG
VI . VICT . HEREDES
EX . TESTAMENTO

Ex antiquo MS.

Luceriae, juxta portam quae Trojam itur.

124

Q . NONIVS . Q . F
CLA
LEG . VI . H . S . E

Ex eodem MS.

121. Iterum in lucem producenda erat haec inſignis inſcriptio, quae miſſionem honeſtam datam Q. Maſurio Eleutherо ſignificat duobus Geminis, nempe C. Fufio Gemino, L. Rubrio Gemino Conſulibus; quo tempore Dominus noſter IESVS CHRISTVS mortuus eſt pro omnium redemptione, uti ex Tertulliano, & ex aliis probat Cardinalis Baronius ad annum Chriſti XXXIV. n 138. Edidit Fabrettus pag. 197. Cap. VII. de Columna Trajana, & Cap. III. Inſcr. antiquar. n. 117. ſed nullibi declararo loco ubi inventa fuerit. Cum nullibi occurrat mentio Legionis V. Vlpiae, ſed tantum vigeſime, & trigeſimae in Grutero; pro LEG . V . VLP . reponendum crederem LEG . VI . VIC. In quinta vero linea TRAIE . fortaſſis TRAIE . nempe TRAIECTVS . IN . COH . VI . PR. Frabretrus corruptam ſcripturam obſervavit, ſed emendationi non conſuluit. Q. AN . XII . MISSVS . ut arbitror, *qui annis duodecimo* militia *miſſus*. In hanc rem facit Sueronius, qui haec narrar de Auguſto c. 40. *Quidquid autem ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum praemiorumque formulam adſtrinxit: definitis pro gradu cujuſque & temporibus militiae, & commodis* MISSIONVM. Quare inſpecta ab Imperatoribus militum virture, ante ſtatutum tempus pluribus ſtipendiis, & honeſta miſſione donabantur.

122. B . COS . Hac ſigla, perperam ut arbirror, deſcripta, Conſules indicantur, quibus L. Macleonius Aper militavit, vel militare coepit. Fortaſſis duobus Sextis, vel duobus Silanis, vel duobus Auguſtis, vel duobus Aſpris. Singulares lirerae in fine marmoris D . S . F . H . S . E . S . T . T . L. ita explicantur: *De ſuo fecit. Hic ſitus eſt. Sit tibi terra levis.*

In Vinea Cardinalis Eſtenſis, al. juxta Theatrum Marcelli.

125

D . M
P . IVNI . M . F
HOR
NVMIDAE
TR . MIL . LEG . VI
VICTRICIS . PATRIS
PIISSIMI

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Venetiis.

126

TI . CLAVDIVS
TI . CLAVDI
EPAPHRODITIAN
VET . LEG . VII . CL . P . F .
FIL . ASTYLVS
DOLABRAR . COL . FAB
VIVOS . FECIT . SIBI . ET
IVLIAE . DIONYSIADI
CONIVGI
BENE . DE . SE . MER

Ex iiſdem Schedis.

Romae, in Vinea Cardinalis Conp.

127

DIS . MANIBVS . SACRVM
L . MVRDIO . L . F . SVB . LVCCEIO
MIL . LEG . VII . FLAVIAE . FEL
Q . VIX . ANN . LXX . MVRDIA . VX
SVA . H . P . IN . FR . P . IIX . LONG .
PED . IIII .

Ex iiſdem Schedis.

126. DOLABRAR . COL . FAB . Id eſt, *Dolabrarius Collegii Fabrum*, His unus in bello, ut Traiani Columna perſpicue oſtendit. In ara edita in Gruteriano Theſauro p. CCCLVIII. n. 6. Dolabrarii cum Centonariis, & Scalariis Centuriam cumponunt. Horum opera quam ſit neceſſaria in re militari oſtendit Vegetius Libro IV. Cap. 14. 15. & 31. Dolabrarium ſculptum in ſiniſtro latere hujus aræ, inciſum vide in aerea Tabula in Tom. XXXVIII. Ephemeridis Literatorum Italiae, Venetiis edita; pag. 186. ubi & dulabrae figuram obſervabis.

127. MIL . LEG . VII . FLAVIAE . FEL . *Militi Legionis ..... Flaviae Felicis*. Mendum ex incuria deſcriptoris irrepſiſſe putu in nomerum Legionis; ac pro VII. reponendum eſſe puta alium numerum Nam non Septimae Legioni, ſed Tertiae, & Quartae, & Decimae-ſextae *Flaviae* cognomen in aliis inſcriptionibus datum occurrit.

Ad

Ad Ciſtuch, *quae eſt inſula in Narone fluvio, ubi veſtigia ejuſdem oppidi apparent.*

528

L. RICCIVS. L. F. VEL. PESSI
NVNTE ANN. LX. VEL. MAR
CIA. MAXIMA VXOR
L. RICCIVS. L. F. VALENS
L. RICCIVS. L. F. GALLVS
RICCIA L. BVLLA. H. SS. L.
ATILIVS L. F. VEL. VETER
LEG. VII. AVVNCVLO SVO
POSVIT ET SIBI

Ex Schedis Vaticanis.

Romae, in Domo Patritiorum.

529

D M
C. MELLONI
VICANI
FRV. LEG. VIII
AVG. P. C. IVL
EMERITVS. H. F

Ex iſdem Schedis.

Reate, in Domo Moroniorum.

530

C. OCTAVIO. P. F. PASTORI
PVBL. VERO. A SIG
LEG. VIIII DEDVCTVS
REATE AB D. AVGVSTO
OCTAVIAE C. L
SECVM CONIVGI
C. OCTAVIO C. F. QVI
PASTOR OCTAVIAE
C. L. VRS.....VI
C. OCTAVIO TROG
OMNI HONORE

Ex Gabr. Naudaeo.

528. PESSINVNTE. Peſſinus, urbs Galatiae, in Phrygiae Magnae confinio, ubi magna mater Idaea praecipuo honore culta, magnificentiſſimum habuit templum, ex quo Romam advehendam eſſe R manis conſulebatur, quamlocumque hoſtis ex Italia pellendus eſſet, ut Livius narrat Lib. XXIX. c. 10. L. RICCIVS. L. F. GALLVS. deſumpto ut arbitror, nomine a Gallo flumine, a quo nomen traxere Matris Deûm Sacerdotes, auctore Plinio Lib. V. Cap. 32.

130. A SIG. Fortaſſis A SIGNIS Legionis Nonae; quemadmodum in aliis militaribus ſaxis legitur *a rationibus militum frumentariorum*, *a militiis*; *a copiis militaribus*, *&c.* qui ſcilicet ſigna Legionis Nonae cuſtodiebat. *Anteſignanum* non interpretor ſine alio exemplo. Sed in conjecturis perdenda olea, & tempus non eſt. In his difficultatibus tutior via eſt ad ipſum lapidis autographum recurrere; ad quod praeclarum opus ſedolo conficiendum etiam atque etiam hortor viros doctos, ut omnes patriae ſuae lapides in publicam lucem proferant, ocolata manu deſcriptos, ut in manus eruditorum eat accuratior editarum Inſcriptionum Theſaurus. Alium militem Veteranum Legionis VIIII. deductum Reate ab Auguſto Veſpaſiano exhibet Sponius in Reatino marmore in Miſcell. pag. 197. & Veteranum alium militem Cohortis Praetoriae ab eodem Veſpaſiano Reate deductum. Quod vero notat Suetonius in Veſpaſiano c. 1. hoc in loco quamvis ad aliud pertineat, minime tamen ſilentio praetereundum eſt: *T. Flavius Petronius* (inquit) *municeps Reatinus, bello civili Pompeianorum partium Centurio* (*incertum ſponte, an evocatus*) *profugit ex Pharſalica acie, domumque ſe contulit.*

Via Salaria.

131

Q. VAESIO. Q. F. PAL. NIGERIANO
MIL. COH. V. PR. ✗. VERI. MILIT
LEG. X. GEMIN. DVPLAR. DIVR
STIPEN. XII. ANN. XVI
VIXIT. ANN. LXV. M. VI
L. VAESIVS. L. F. PAL. MACER
T. F. C

Ex iiſdem Schedis.

Viennae Auſtriae.

132

C. VALERI
VS. C. F. VOL
TINIA. PIL
IPVS. MIL
ES. LEG. X
RAPAC
ANO. XX
XII STIP
XI. HIC S. E

Ex Schedis Bibl. Vatic.

131. DVPLAR. DIVR. STIPEN. XII. *Duplari diurnorum ſtipendiorum duodecim.* Q. Vaeſius Nigerianus ſexdecim annorum ſpatio duodecim ſtipendia diurna meruerat. Fortaſſis reſtituendus numerus XVI. ut dicat ANN. XII. nam ſtipendia cum annis militiae conveniunt; vel e contra ſtipendiorum numerus depravate exſcriptus eſt, ac propterea in XVI. mutandus. Quod rarius, & notabilius eſt in hoc lapide praetermiſit Fabrettus Inſcr. ant. Cap. IX. n. 460. nempe τὸ DIVR; ac proinde ita perperam edidit DVPLAR. STIPEN. XII. nullamque loci fecit mentionem ubi inſcriptio reperiatur. Stipendii diurni militum meminit Dio Lib. LVII. & Taeitus Annal. Lib. I. n. 26. ex quo intelligimus denarium fuiſſe diurnum ſtipendium militum. Sed denarius ille eſt argenteus, valoris ſexdecim aſſium, ad quem numerum exereverat Auguſti tempore, teſte Vitruvio Lib. III. Cap. I. ad quem locum vide Suellium de re nummaria. Apud priſcos Romanos ſtipendium diurnum militum erat denarius valoris decem aſſium, cujus paullo ante meminerat Taeitus loco ſupraſcripto. Hinc orta militum ſeditio, quae ab eo deſcribitur, expoſcentibus militibus dari ſibi loco illorum decem aſſium aereorum pro ſtipendio, denarium argenteum, qui tunc ſexdecim aſſibus permutabatur. In hunc locum vide quaeſo Marcelli Donati Dilucidationes. De militaribus Stipendiis fuſius Polybius Libro VI. Conſulendus item Henricus Savillius in Commentario de militia Romana. T. F. C. *Titulum fieri curavit* vel *faciendum coeravit*.

132. PILIPVS. Hoc eſt PHILIPPVS. In pluribus ioſcriptionibus, ut alibi notavimus, frequenter omiſſa adſpirationis nota. Legioni XXI. non X. *Rapacis* appellatio tributa. Mendum deſcriptoris oſtendo.

Romae.

Romae.

133 CN. NVMERIO. CN. F. TROM
VALENTI
VETERANO. LEG. X. GEM
VIXIT. ANN. XLVII
M. VI. D. XXI
MIL. ANN. XVI. NAT. TOME
P. SEPTIMIVS. P. F. FABIA. CRI
SPINIANVS. OPT. TRIB. ET
CANDIDATVS. LEG. EIVSDEM
AMICO. OPTIM. B. M. P.

Ex iisdem Schedis.

Romae, in saxo Tiburtino, reperto juxta B. Mariae de Anima.

134 P. IVNIVS. P. F. PVBLILIA
ARVASIVS
FERSVLIS. MIL
CENTVR. FABRICI
LEG. XI. CLAVD. P. F.
MILITAVIT. ANN. IX
VIX. ANN. XLIX
M. IIII. D. XI
H. S. E
IN. FR. P. IIII. IN. AGR. P. IIX

Ex iisdem Schedis.

Capuae, quam Firmi ponunt Schedae Stephanonii.

135 D. M. S
Q. SERVIL. VICANI
VETERAN. LEG. XII. FVL....
SERVILIA. PELICISSIMA
LIB. PATRONO. OPTIMO
Q. Q. Q. SERVILII. SABINIANVS
.....RVFINVS
.....

Dedit Pomp. Gatilianus.

133. NAT. TOME. Id eſt; *Natione Tome* Gr. Τομῆ, in recto caſu. Urbs Moeſiae inferioris, in ora Ponti Euxini, Odeſſo proxima, celebris exilio P. Ovidii Naſonis. CANDIDATVS. LEGIONIS. Aliud exemplum Candidati Legionis non invenio nec in Gruterianis, nec in Reineſianis inſcriptionibus. Candidati milites dicebantur principales, qui ad majores militarium officiorum gradus promovendi erant.

134. FERSVLIS. Emendandum FAESVLIS, ut dixi ad Faeſulanas Inſcriptiones in Parte II. Inſcriptionum antiquarum Etruriae Urbium. pag. 95. & 96.

135. VETERAN. LEG. XII. FVL. . . . . hoc eſt *Fulminatricis*, quae ita denominata eſt a fulminibus ſcutorum inſignibus.

Galli

Gallipoli, in Domo Epiſcopi.

136

L. IVLI.....
IVLIANI.....
VET. SPECVL.
LEG. XII. FVLM
V. A. LXXV
H. S. E

Deſcripſit Stephanonius.

Venetiis.

137

M. FVRIO. M. F.
SATVRNINO
VETERANO
LEG. XIII. ET
M. FVRIO. SP. F. VER
NAE. PATRI. GRVTTIAE
MATRI. M. F. SECVN
DAE. VXORI. CERVO
NIAE. M. F. PRIMAE
MATRI. T. F. I. M
FVRIVS. M. F. SA
TVRNINVS

Ex iiſdem Schedis.

Romae in Domo Franciſci Aſpræ.

138

D M
C. IVL. BENIGNO. PR.
LEG. XIII. G. MIL. ANN. XII
VIX. ANN. XXXII
CVRA EGIT
M. VLP. FLAVS
LEG. EIVSD
HERES. POSVIT

Ex iiſdem Schedis.

136. VET. SPECVL. LEG. XII. FVLM. *Veterani ſpeculatoris Legionis XII Fulminatricis.* Speculatores fuere tum in Cohortibus Praetoriis, tum in Legionibus. Horum munus indagare, ſpeculari, explorare conſilia, itinera, res hoſtium; deque compertis nunciare Tribuno. In qualibet Legione fuere decem, ut ex Gruteriano lapide p. CLXIX. 7. obſervat Reinesius in I. Claſſ. VIII. Fuere etiam Speculatores milites nec Legionibus, nec Cohortibus deſtinatos, qui in ſtatis itinerum locis poſiti, hoſtium inſidias, & conſilia explorabant, & unus alteri nunciabat, ut ex Florentino lapide invento prope viam Aemiliam colligitur, quem vide in Parte I. pag. 305. n. 42. Speculatorum officium, & habitum deſcribit Fabrettus de Trajani Columna Cap. VII pag. 181. 182. Spaeculatoribus miniſtros datos obſervo in antiquo lapide edito inter marmora Oxonienſia pag. 124 n. LXI.

138 PR. LEG. XIII. G. *Praefecto Legionis Decimaetertiae Geminae.* FLAVS. forte FLACCVS.



APTIO. ACCEPITINO. B. F. P. R. E
139 IS. NAT. PAPIRIA. PAETO. B
EX. LEG. XIIII. GEM. MIL. AN....
PROMOTVS. VIX. ANN. XL
.....FLABINVS. PRIMV
CALLISTINO. SEC. GER. EX. TES
B . M . F

Ex iiſdem Schedis.



L . VENVLEIVS . L . F . OVF
QVARTIO
140 MIL . LEG . XV . AVG . QVI . MILIT
ANN . VI . VIX . ANN . XXXII
L . VENVLEIVS . L . F . OVF . ATIVS
SECVNDVS . FRATRI . DVLCIS
SIMO T . C . F

Ex iiſdem Schedis.

139. D. F. P. R. E. Interiectis ponctis, ut in pluribus inſcriptionibus, legendum videtur BF. PRAE. Hoc eſt; *Beneficiario Praetoris*, vel potius *Praefecti*, ut Scaliger interpretatur ad inſcriptionem 5. in Gruteri Theſauro pag. CCLXIX Secundus verſus hujus lapidis medicas manos cupit; conjecturis ſuperſedeo; nam multi conjecturae indulgent; bene autem, & docte admodum pauci. Profecto legendum non eſt NAT. PAPIRIA. *Natione Papiria*. Nam Papiria Tribus Aptii Accepitini Paeti deſignatur, non patria. SEPTIMIA Tribus nunc aliud mihi agenti, in Gruteriano Theſauro occurrit p. CIII. 11. cujus Fabrettus non meminit Inſcr. antiq. Cap. V. pag 396. Sed in quarto verſu aliquid eſt eruditorum obſervatione dignum. PROMOTVS fuiſſe dicitur Aptius Accepitinos eum eſſet, ni fallor, Beneficiarius miles ex Legione XIIII. Gemina. Promoti qui eſſent docet Ammianus Marcellinus Lib. XXXI. Ex candidatorum numero, qui ad officia promovebantur PROMOTI dicebantur, donec officii adminiſtrationem ſuſciperent. Ita quoque Tribuni *promoti*, & *vocantes* hoc ſenſu dicebantur. Eadem voce utuntur auctores quum evectionem ad altiorem officii, & dignitatis gradum deſignant. Plinius Libro VII. Epiſt. 31. ita de Claudio Pollione, cum quo ſimul commilitaverat, loquitur. *Ego juſſus a Legato Conſulari rationum Alarum, & Cohortium excutere, ut magnam quorumdam ſordemque avaritiam, negligentiam parem, ita hujus ſummam integritatem, ſolicitum diligentiam inveni. Poſtea* PROMOTVS *ad ampliſſimas procurationes nulla occaſione corruptus ab iiſdem abſtinentiae amore deflexit*. De L. Othone Othonis Auguſti fratre haec ſcribit Suetonius c. 1 *Auſus eſt etiam in Illyrico milites quoſdam, quod motu Camilli ex poenitentia praepoſitos ſuos, quaſi deſciviſſent adverſus Claudium nuntiarent, occiderant, capite punire: & quidem ante principia, ſe coram; quamvis ob id ipſum* PROMOTOS *in ampliorem gradum a Claudio eſſent*. Idem vocabulum adhibetur a Lampridio in Elagabalo, qui etiam in Antonino Diadumeno memorat militibus datas ſolitas PROMOTIONES, ſed geminatas, hoc eſt donativa duplicia, quae militibus dari ſolebant, quum Imperatores ad imperium promoverentur. Sed vide Maffeelli Donati Dilucidationes in hunc Lampridii locum.

Deute-

Dentecani, in Apulia intra Eccleſiam.

141

L. VERATIO
L. F. ROBVSTO
.....
O. PRIN. LEG
XXII. PRIMIG
L. VERATIVS
AMMIANVS
PATRI
B . M

Ex Libro ant. MS.

Via Tiburtina, in Vinea quadam.

142

DIS. MANIBVS
FVRIO. PAVLLO. FVR. F
POPINIA
PAVLLINO
Ⱦ. COH. IIX. LEG. XXVI
PIAE. FELIC. VIXIT
ANN. XL VIII.
H . S . E
FVRIVS. PAVLLINVS
LIBER. PATRONO. F. C
IN. FRONTE. PEDES. VS
IN. AGRO. PEDES. VIIIIS

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Urſaone (nunc Oſſuna) in Hiſpania in columella cujuſdam fontis.

143

L. VETTIVS, C. F. SER
CENTVR. LEG. XXX
IIVIR. ITERVM
C. C. C. IVL. SACRVM DAT

Ex Ben. Ramberto.

144

M/. MANIO. M/. F. CLAVD
NIGRIANO. VET
MILIT. LEG. XXXV. VIC
H . F . C
M/. TVLLIVS. MIL. LEG. III
PART. FRAT. T. E. F. C,

Ex Schedis Manut. Bibl. Vat.

141. O. PRIN. LEG. XXII. PRIMIG. Fortaſſis ita interpretandum eſt; *Centurio Principalis Legionis Undecimae Primigeniae.*

Romae,

Romae, apud lapicidam e regione Eccleſiae Cruciferorum.

145

L. CALPVRNIVS
L. F. CAM
MEMOR. TIBVR
MIL. COH. I. PR.
V. VISINI. BENEFICIAR
MIL. ANN. VIIII
VIX. ANN. XXVI
T. F. I

Ex iiſdem Schedis.

Hiſpali, in muro exteriori Eccleſiae S. Jacobi.

146

L. VIBIO. L. F. GAL. FVSCO
AVRELIO. RVFINO. PRAEF
COHORT. PRIMAE. AVSE
.....
.....
AED.....FRA
TRI. PIISSIMO.....
AB SPLENDIDISSIMO.....
HISPA.....

Ex Inſcr. Ben. Rambetti.

Aquileiae, in Domo Gregorii Bertolini.

147

C. METTIVS
M. F. TRO
MIL. COH. II. PR
VIXIT. ANN. XXX
MIL. ANN. X

Ex eodem Ben. Rambetto.

145. Beneficiarii milites tum in Legionibus, tum in Cohortibus Praetoriis ex eo appellati ſunt, quod promovetentur beneficio Tribunotum, teſte Vegetio de Re Militari Libro II. Cap. 7. Libet duo illuſtria auctorum loca adnotare in quibus memorantur Beneficiarii milites Cohortium Praetoriarum. Caeſar Libro I. Belli Civilis, ita ſcribit: *Petreius vero non deterritus armat ſimilium cum hac, & Praetoria Coborte Cetratorum barbariſque equitibus paucis* BENEFICIARIIS *ſuis, quos ſuae cuſtodiae cauſa habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat.* Plinium in medium affero, qui Libro X. Epiſt. 281. ita ait: *Quantum proſpicere potui vir egregius, & indulgentia tua dignus; cui notum feci praecepiſſe te ut ex Cohortibus, quibus me praeeſſe voluiſti, contentus eſſet* BENEFICIARIIS *decem, Equitibus duobus, Centurione uno.* De numero Praetotiarum Cohortium, & Urbanarum, quae in ſequentibus ſaxis proferuntur nil opus eſt plura loqui, cum de eo erudite diſſeruerit Fabrettus Inſcr. ant. Cap. III. pag. 131. & ſeqq. qui hanc protulit inſcriptionem abſque titulo loci ubi exſtet, ibidem n. 72.

Saxoferrati.

148

L. LAIANI. VE
AVGG. N. N
COH. II. PR
AVRELIA
CASTA. CON
IVGI. INCOM
PARABILI. CVM
SEPTEMBRO
VTRORVMQ.
LIB

Ex Schedis Vaticanis.

Aquilae.

149

M. CLVVIVS. M. F
PAL. CAVD.
PRISCVS
MILES. COHOR. III
PR. CEL. T. PRISCI
MIL. ANNIS. XXX

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Via Appia.

150

C. POCTILIVS
C. F. CLA
PAVLLVS
EMONA
MIL. COH. III. PR
>. FAEGENIS
MIL, AN. VIII
VIX, AN. XXVII
T. T. L

Ex iisdem Schedis.

148. Et hunc lapidem, loco non descripto, edidit Fabrettus Cap. III. n. 82. L. LAIANI VE .i. e. *Veterani*. CVM. SEPTEMBRO. A mensibus anni cognomen multi accepere. A meosc, in quo haec scribo, accipe P. Rufrium Octobrem, Centurionem Cohortis V. Praetoriae apud Fabrettum Cap. III. n. 106.

149. MILES. COHOR. III. PR. CEL. *Miles Cohortis Tertiae Praetoriae, Centuria* vel *Centurionis T. Prisci*. Exscriptoris, ut puto, erratum CEL. pro CEN. vel CENT. ut notatur in duobus lapidibus penes Gruterum p. DXXV. 5 & CCCCXCII. 5.

Lamina

Lamina orbicularis aerea apud Cl. Meneſtrier, quae videtur & bulla, ornamenti gratia apponi ſolita balteo, vel armis affligi.

151

Vidit Donius.

Via Latina erута.

152

M. ANTONI. M. F
VEL . VERISSI
MIL. COH. III. PR
PRIMICERI
M . ANTONIVS
M. F. VEL. BASSVS
PRIMISCRINIVS
TRIB. LEGION
III. GEMIN. FECIT
ET. SIBI
IN. FR. P. V. IN. A. P. VIIII

Ex Schedis Manuſc. Bibl. Vatic.

In Valle Anagniae.

153

C. V. QVINTINVS. FILIVS. C. V
FIRMI. VETERANI. COHORTIS. IIII
PR . IXANIA . QVARTI . FILIA
TEDA . MATRE . VIVVS . FECIT
SIBI

Ex iisdem Schedis.

152. PRIMICERI. Qui ſcilicet inter milites Cohortis Tertiae Praetoriae primum locum obtinebat, quem vulgari ſermone diceremus *l' Anziano*. Vegetius Lib. II. Cap. 21. meminit Primicerii Praefectorum Praetorio. En ejus verba. *Primipili Centurio, poſtquam in orbem omnes Cohortes per diverſas adminiſtravit ſcholas in prima Coborte, ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni Legione, infinita commoda conſequitur. Sicut* PRIMICERIVS *in officio Praefecti Praetorio, ad honeſtum quaeſtuoſumque pervenit gradum. Hi enim multiplicantur annonae, qui in alia ſunt, quae illis etiam Vacantibus tribuantur, quos Honorarii auctus habent.* Ammianus Marcellinus Lib. XVIII. ait Valentinum ex Primicerio Protectorum fuiſſe Tribunum. De Primiceriis vide C. V Jacobum Gutherium de Officiis Domus Auguſtae Libro III. Cap. VIII. & Marcelli Donati Dilucidationes in Ammianum Marcellinum, qui de Primiceriis, & de varia eorum appellatione luculenter, & erudite agit. Poſt haec fit mentio in hoc lapide M. Antonii Baſſi *Primiſcriati Tribuni Legionis Tertiae Geminae*. Hujus officium, ac munus fortaſſis fuit omnibus militibus ſibi ſubditis imperare, & quid ubique eſſet agendum diſponere, ut explicat Gutherius Lib. II. Cap. X. vel ſtipendiorum, quae Tribuni juſſu dari militibus debebant, rationes tractare, vel dirigere. Fabrettus edidit Cap. III. n. 91. ſed non illuſtravit. Hanc vero in lucem protuli, quia locus ubi eruta fuit notatur. Fabrettus ait exſtare in Vinea Colotii.

153. C. V. QVINTINVS. Notandum Familiae nomen, quaſi notum, per ſingularem literam v. expreſſum; ſed nobis obſcurum eſt. Fabrettus notavit uſum vetuſtiſſimum omittendi nomina gentilitia Cap. VI. pag. 461. C. Julium Quintinum invenio fuiſſe Centurionem Cohortis I. Vigilum in Baſe edita ab eodem Fabretto Cap. IV. n. 91.

Via Appia, in Vinea Creſcentii.

154

D . M

Q. ASTVRIVS. Q. F. TER

A T I O

MIL. COH. V. PR. VIX

ANN. XLVI. M. IIII

Q. ASTVRIVS. SEX. FIL. TER

OPTATIANVS

TESSER. IN. PRAETOR

QVI. FRATRI. RARISSIM. P

Ex Sch. Manut. Bibl. Vatic.

Romae, inventa in Eſquiliis.

155

D . M

AVREL. MVCIANO

MIL. COH. V. PR. V.

BARBATI. MILITA

RE: COEPIT. POMPE

IANO. ET. AVITO. COS

ANN. XV. VIXIT ANN

XLV. NATVS TREM

ONTIAE CL. PAVLINA

COIVGI KARISSIMO

EX TESTAMENTO

FECIT

Ex iiſdem Schedis.

154. TESSER. IN. PRAETOR. *Teſſerarius in Praetorio.* Teſſerarii milites fuere in Legionibus, & in Cohortibus tum Practorianorum militum, tum Urbanorum, & Vigilum, tum in Centuriis, uti ex pluribus inſcriptionibus intelligi poteſt, indicatis in Scaligeriano Indice Cap. VI ſed, quod ſciam, nullum hactenus ſaxum militare editum, in quo notetur *Teſſerarius in Praetorio*; qui ſcilicet in Caſtris Praetorianis excubias agentibus, vel per contubernia eorum, ſignum a Tribuno acceptum dabat. De Teſſerariis ita Vegetius Libro II. Cap. 7. *Teſſerarii ſunt, qui teſſeram per contubernia militum, aut per contubernia Praetorianorum nuntiant.* De Teſſeris vide Reineſium in Appendice Omiſſorum n. VIII.

155. Silentio non praeteribo duos milites ejuſdem nominis, & cognominis. Apud Sponium in Miſcellaneis pag. 243. memoratur Aurelius Mucianus Miſſicius; dignus ſcilicet viſus honeſta miſſione, Cohortis ſextae Praetoriae. Apud Reineſium Cl. VIII. n. 82. Aurelius Mucianus Veteranus ex numero Singularium Auguſti, Domo Thracia. Noſter vero Aurelius Mucianus natus Tremontiae dicitur, Thraciae oppido, ſub Rhodope, quod Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, poſtea *Trimontium* dictum eſt, auctore Plinio Libro IV. Cap. 11. Notantur in hoc lapide Conſules, ad indicandum tempus incoepti militiae tyrocinii; ac proinde ex hoc deducimus in more habuiſſe milites non ſolum notare in lapidibus tempus quo dimittebantur, ſed quo etiam militiae operam dabant. Pompejanus, & Avitus Conſules fuere anno U. C. 961. Chr. 209. ex Relandi Faſtis, qui rurſus edidit hanc Inſcriptionem ex Vignolio Inſcr. Sel. p. 310. apud quos haec noſtra variat aliquantulum. In lapide eruto Auguſtae Vindelicorum, edito in Theſauro Gruteriano p. MLXIX. 9. fit mentio Aurelii Muciani Viri Perfectiſſimi Praefecti Praetorio, qui Herculi ſtatuam cum baſe poſuit pro ſalute ſua ſuorumque omnium.

Romae,

Romae, in Domo Sforziana

156

D. M. AVR. FLORO. VETERA
NO. QVI. VIXIT. ANN. XXXVII
DIEBVS. XXIIII. MILITAVIT. IN
COH. V. PR. SEPTIMIA. PISINA
COIVX. ET. SECVNDA. HERES
COIVGI. KARISSIMO. PIO
INCOMPARABILI. BENE
MERENTI. FECIT

Deſcripſit Donius apud Paſchalinum.

Via Appia, in Vinea Manicolae Militis lorarii.

157

DIS MANIBVS
T. FLAVIO. T. F
PALATINA
MIL. COH. V. PR
. AVRELI
BASSI
H. S. E
IN. F. P. III. IN. AG. P. IIII

Ex iiſdem Schedis.

Romae, in Domo Helenae Urſinae.

158

M. VIBIO. M. F. CAM
RESTITVTO ALBE
MILIT. COH VI. PR
FLAVI MILITAVIT
ANNIS V VIXIT AN
NIS XXII. MESES. VIII
DIES. V. VIBIVS. MARCELLI
NVS. PATRI. PIENTISSIMO
FECIT

Ex iiſdem Schedis.

Prope Portam Capenam.

159

DIS. M
M. IVNIO. M. F. VOLVMNI
ANO. CAELAETHRAE, MIL
COH VI. PR. . MACRINI. PI
MILIT. ANN. XVII. M. VII
VIXIT. ANN. LXV
M. IVNIVS. M. F. MERVLASTA
COMIT. LEG. PR. MINER
T. F

Ex iiſdem Schedis.

159. Mancam edidit Sponius in Miſcellaneis, pag. 255. locoque ubi extet non indicato. *Caelaebram* vult Sponius eſſe *Celetrum* Macedoniae oppidum, Livio memoratum Lib. XXXI. quod eſt inquirendum.

Ibidem

Ibidem.

160

CALVENTIO. M. L. FOR
TVNATO. TANVS
MIL. COH. VI. PRAET. VIX
ANN. LXXIX. MENS. VIII
M. CALVENTIVS. ANASTA
SIVS. M. CALVENTIVS. TV
DEVS. T. F. P

Ex iisdem Schedis.

Romae, in Domo Cinciorum.

161

D. M
TIB. CL. CANDIDI
MIL. COH. VII. PR
Ƨ. IVST. XII.
RVST. POTENS
H. F. C

Ex iisdem Schedis.

Via Portuenſi.

162

DIS. MANIBVS
C. LVCILIANO. C. F. CLV
PASSER. NAT. CIV
THIRMIDA
MIL. COH. VIII. PRAET
Ƨ. VERINI. MILIT. AN
XV. VIX. AN
LXXII
L. LVCILIVS. L. F. CLV
EVARISTVS. FEC

Ex Schedis Manut. Bibl. Vat.

Reate, apud Sonantios.

163

D. M
C. VALERIVS. C. F.
FLAVIA. SPECTATVS
SISCIA. MIL. COH.
VIII. PR. Ƨ. VOCONI
MIL. ANN. VI. VIX. ANN. XXIII
H. F. C

Ex Gabr. Naudaeo.

162. THIRMIDA. Quae, ni fallor, eſt civitas in Africa. Sed conſulendi rerum Geographicarum ſcriptores Strabo. Fabrettus cum aliquibus mendis vulgavit Cap. III. n. 134. & ſine loci declaratione ubi exſtet.

163. FLAVIA. Flavia Tribu cenſus; patria SISCIA, quae Pannoniae colonia eſt, cujus meminit Plinius Lib. III. Cap. 25. Alios milites conterraneos hujus C. Valerii Spectati adducit Gruterus pag. CIII. 11. & DLXVI. 5.

Extra

Extra Tumeſium in pariete Aedis Sacrae.

164

M. IVVENTIVS
M. F. CLA
OPTATVS. VET
COH. VIII. PRAET
T. F. I. SIBI

Ex iiſdem Schedis.

Ad Pontem Salarium, inter quaſdam parietinas.

165

D . M
P. MATRINIO. P. F.
OVF. QVADRATO
EVOK. AVG. VIX. ANN.
XL. MILIT. ANN. XVI
L. ANTONIVS. L. F. PAP
MARCIANVS. MIL. COH
VIII. PRAET. AMIC. FEC

Ex iiſdem Schedis.

Via Flaminia, prope Vineam Podii.

166

A. VERRIVS. A. F. PAL
PHARNACES. DYRRACHI
MIL. COHOR. IX. PR. ⟩.
VERI. MILIT. ANN. XI.
VIX. ANN. XXXIIII.
T . P . I

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Via Appia, in Vinea Manicolae militis lorarii.

167

DIS. MANIBVS
L. MATRINIO. C. F. QVIR
AELIO. FARSVLEIO
FELICI. IVNIORI
ORIVNDO. LEPTI. CIVIT
MIL. COH. IX. PRAET. ⟩. SERVI
MIL. ANN. XVII. VIX. A. LIIX
L. MATRINIVS. AELIVS
FARSVLEIVS. FELIX
IANVARIVS
FRAT. PIISSIM. ET. R. FECIT

Ex Schedis Manuc. Bibl. Vatic.

Ibidem.

168

DIS . MANIBVS
L. MATRINIVS. L. LIB.
SVBVRA. EVERINVS
EROS . ORIVND.
GAZA. SYR.
MIL. COH. VIIII. PRAET
MILIT. ANN. VIIII. VIX
ANN . XXXV
H . S . E
IN. FRONTE. PEDES. IIII
IN. AGRO. PEDES VIIIS
SE VIVVS COMPAR

Ex iiſdem Schedis.

165. Edidit Fabrettus Cap III. n. 143. non indicato loco, ubi reperiatur.

167. ORIVNDO. LEPTI. CIVIT. Leptis oppidum liberum Africae, de quo Plinius Libro V. Cap. 4 Ex hoc lapide diſcimus civitatis nomine donatum fuiſſe. Fabrettus edidit Cap III. n. 139 praetermiſſa loci deſcriptione, ubi exſtet; quod etiam fecit in ſequenti lapide n. 167. quem affert Cap. III. n. 137. & orthographia aliquantulum diverſa. FARSVLEIVS. Nota ex pluribus inſcriptionibus gens Farſuleia. Hinc patet adoptatos non ſolum cognomina, verum etiam nomina propria gentis eorum qui adoptabant aſſumpſiſſe.

Inter

Inter Teanum, & Capuam in Via publica.

169

P. TAPSENNA. P. F. PROCVLVS
MILITAVIT. COHOR. X. PR. SIBI
ET. TETTIAE. VRBANAE. CONIVGI
QVI. CVM. VIXIT. ANNIS XXX
CVIVS. DOLORE. ACCEPIT. ALIVM
NVLLVM. NISI. MORTIS. EIVS. ET
P. TAPSENNAE. L. F. PATRI. ET
Q. TAPSENNAE. P. F. FRATRI

Deſcripſit Joh. Petrus Stephanonius.

In Via Flaminia.

170

D . M
AELIAE . FORMONSAE
QVE . VIXIT . ANN
OS. XV. ET. AELIO. SEVE
RIANO. AVR. SVPER
MIL. COH. X. PR.
CONIVGI. B. M. F

Ex Schedis Manuſc. Bibl. Vatic.

In Via Appia.

171

DIS. MANIBVS
C. IVLIO. C. F. PAL
MACRINO
MIL. COHOR
X. PRAET. ſ. MARCEL
MILIT. ANN. XI
EX. TESTAMEN
C. IVLIVS. C. F. PAL
IVCVNDVS. C. F

Ex iiſdem Schedis.

Valentiae, in Hiſpania ad januam cujuſdam Domus.

172

Q. FABIO. EGAEO
QVI. MILITAVIT
COHORT. X. PRAE
ANNIS. XVIII. DEFV
NCTVS. EST. AN. LXXX
L. FAB. VINDEX
AMICO. OPTIMO
H . S . E
S. T. T. L

Ex Joh. Bapt. Valent.

In Monumento Viae Salariae ſemidiruto, & Tiburtinis ſpoliato.

173

SEX. ANTISTIO. SEX. F. OVF.
ASPRO. ſ. COH. X. PRAET. AN. XII
ANTISTIA CATVLLINA. FEC. ET. S. L

Ex MS. Vatic. quod fuit F. Urſini.

169. Edidit hunc Titulum Fabrettus ex Itinere Italico C. V. Johannis Mabillonii, omiſſa lapidis topographia, & cum differentia a genuina, ut videtur, ſcriptura, Cap. IV. n. 164. quod etiam etiam fecit in ſequenti n. 173. edito Cap. III. n. 139.

*

Romae, apud Paulum Macaranum.

D. LICINIAE. FLORAE M
SANCTISSIMAE
FEMINAE
D. LICINIVS. D. FIL
PAMPHILVS. MIL
COH. XI. PRAET
FECIT. ET. SIBI

Ex Schedis Vaticanis.

175

DIS. MANIBVS
L. ANTONIO. L. F
CRV. PVDENTI
MIL. COH. XI.:..
}. PASIDIENI
MIL. AN. XVIII

Deſcripſit Donii Amanuenſis.

Vicentiae, in Domo Gratianorum.

176

L. AVCILIVS
L. F. VOL.
S.....VS
VIENNA
MIL. COH. XI. PR
PROCVLI
VIXIT. ANNIS. XVIII
MILITAVIT. ANN. X

Ex Schedis Vaticanis.

177

M. LAEVIVS. M. F. MEN
PRAESENS
MIL. COH. IV. VRB. SIBI. ET
M. LAEVIO. M. F. PATRI. ET
FONTEIAE. D. LIB.
MODESTAE. MATRI
T. F. I
VIXIT. ANNIS. XXXV
MILITAVIT. XVI
LIBERTI. FACIVND.
CVRAVERVNT

Ex iiſdem Schedis.

Romae.

178

CLAVDIAE . VERECVN
DAE . CONIVGI . PIAE
L . CLAVDIVS . LATINVS
SPECVL . COH . VII . VRB
Ɔ . L . BALBINI . SERVILI
ANI . BEN . D . S . M

Ex iisdem Schedis.

Via Praeneſtina, in Vinea Antonii Ichthyopolae.

179

DIS . MANIBVS
C . IVLIO . C . F . QVIR
IANVARIO
Ɔ . COH IX . VRBAN
C . IVLIVS . C . F . VOL
IANVARIVS
MINOR
Ɔ . COH . VII . PRAET
FECIT . ET . SIBI
ET . SVIS . LIBER
IN . FR . P . XIS . IN . AG . P . XIIXS

Ex iisdem Schedis.

In Mauſoleo Divi Auguſti.

180

DIS . MANIBVS
C . VAPVSIVS . C . F . TROM .
ATHENODORV . POMPEIOP .
CILIC . MIL . COH . X . VRB .
Ɔ . IVLIAN . MILIT . ANN
X . VIX . ANN . XXXII . M . VI
T . P . . I
IN . FR . P . IIII . A RETR . P
VIIS

Ex iisdem Schedis.

180. POMPEIOP . CILIC . Hoc eſt; *Pompejopoli Ciliciae*, quae antea Soloe Cilicii appellabatur, teſte Plinio Libro V. Cap. 27. Fabrettus ſine loci nomine dedit Cap. III. n. 48. A RETRO. quod idem eſt ac IN AGRO.

Romae,

Romae, in Domo Laelii Gratiani.

181

DIS. MANIBVS
C. ANICIO. IVSTO. MIL.
CHO. XI. VRB. VIX. AN. XXXVII
M. A. XVII. NAT. ARRETIO
FECIT. STATILIA. HELPIS. CON
B. M. ET. FIL. ANICIAE. IVSTAE
VIX. A. IIII. M. VII. D. X. ET. M. PON
TIO. FORTVNATO. MIL. CHO. XII. VR
V. A. XXXV. M. A. XV. NAT. PICENO
FECIT STATILIA HELPIS. ET. SIB.
ET. P. T. RQ. SVIS

Jor Jac. Buccardus deſcripſit. & Donio dedit.

In Coenobio S. Bartholomaei prope Ferrariam.

182

M. PHILIPPVS. APPVLEIVS
CRESCENS. VET. EX. COH
XII. VRB. T. F. I. VETTIAE
VERECVNDAE. M. APPVLEIVS
FELIX. LIB. ET. HERES
PONI. CVRAVIT.

Dedit Donio D. Ferdin. Ughellius Ord. Ciſterc.

Romae, apud March. Juſtinianum.

183

D . M
L. LAELI. VICTORIS
MILITIS. COH. XIIII
VRB. ORBIA. RHODOPE
HERES CONIVGI
BENEMERENTI
POSVIT

Deſcripſit Donii Amanuenſis.

181. Mutila edita eſt haec inſcriptio apud eumdem Fabrettum Cap. III. n. 52. & aliquantulum diverſa orthographia in aliquibus locis. NAT. ARRETIO. *Natione Arretio.* In aliquibus ſaxis militaribus legitur etiam DOMO ARRETIO.

Ragusii, in Domo Marini Bondulae.

184

LARTIDIA . RECEPTA
C . LARTIDI . CRISPI
COH . VIII . VOLVNT . ANN
XXVIII . PATRONVS . POSVIT
H . S . E

Ex Schedis Bibl. Vatic.

Inter Viam Appiam, & Latinam.

185

DIS . MANIBVS . S
C . ARTORIVS . C . F . SVB
PACHYNVS
MIL . VET . IN COH . XIII
VOLVNT . CIVIVM . ROM
ERENIS . EIVSDEM

Ex iisdem Schedis.

Via Latina, in Vinea Baptistae Anagnini, non longe ab Urbe.

186

LVCAETIAE . DENTATAE
FILIAE . SVAE . PIISSIMAE
FECIT . P . LVCAETIVS
>. COH . VI . VIGIL . LOCVS
EMPTVS . ~~SS~~ XL NVM
SIBI . ET . SVIS . LIBE
RIS
H . M . H . N . S

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

Prope Portam Capenam.

187

DIS . MAN
QVARTIVS . IVNIVS . QVAR . F . FAL .
HESPERINVS
>. COH . VI . VIGIL . ET
QVARTIA . TERENTIA . SECVNDA
FECERVNT . SIBI . ET . SVIS
LIBERIS
IN . FR . P . XII . IN . A . P . XV

Ex iisdem Schedis.

185. Integro versu mancam edidit Reinesius Cl. VIII. n. 80. ERENIS. Reinesius legendum putat ERANIS*ta*, exemplo aliorum lapidum. Fortassis HERRDES.

187. Variat aliquantulum Fabrettus Cap. I. n. 109. nec locum indicat; quod & in sequentibus facit Cap. IV. n. 104. & Cap. IX. n. 408.

Via

Via Flaminia, in loco qui dicitur Prima Porta.

188



Ex iisdem Schedis.

Effoss. Via Tiburtina, non longe a moenibus.

189



Ex iisdem Schedis.

Via Latina.

190



Ex iisdem Schedis.

. . . . . *in S. Aimiliani de Cuculla.*

191



Ex Schedis Bibl. Vatic.

Spolati,

Spoleti, in Domo Severi Minervii, Tabulae marm. fragmentum.

192

Q. VOLTREIO. Q. F
HOR. DEXTRO
PATRI
P. MIL. LEGION
MACEDON
PR . . . . . .
AGR . . . . . .
II . . . . . .

Ex libro MS. Bibl. Vatic. n. 5241.

Romae, in Domo Joannis de Pinea.

193

IVL. ATHENODORVS A MILITIIS
SEBIBO FECIT SIBI ET IVL. MAXIMINAE
CONIVGI ET. IVL. ATHENODORO
FILIO. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQ. POSTERISQVE EORVM
EVSEBIORVM

Ex Schedis Vaticanis.

Romae, in Cœnobio Aedis S. Hadriani sub Capitulo.

194

D
MILITIS
VIX. ANN
AVDIENTISS
FIDELISS. ET. AVR
SANCTINVS. DVPL. S.
IMP. N. OPTIM. AC. PIEN
TISSIM. MIHI. FAC. CVR.
FRATER. FL. AVE. COMMEN
TIBI. DELICIVM. NOSTR
MILITEM. SI. SVNT. ALIQ. INFER

Vidit, & excripſit Donius.

Segoniae, ad Portam B. Mariae, ſub imagine anaglyphica equitis haſtam tenentis.

195

C. POMPEIO. MV
CRONI. VXAME
NSI. AN. XC. SODALES
F . C

Ex Ben. Ramberto.

195. VXAMENSI. Patria *Uxama*, quae unum eſt ex ſex oppidis in decem Civitatibus Autrigonum in Hiſpania, de qua Plinius Libro III. Cap. 3.

INSCRI-

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM

CLASSIS SEPTIMA

OFFICIORUM DOMUS AUGUSTAE ET PRIVATAE.

Romae, in Templo SS. Cosmae, & Damiani.

1

P. AELIO. AVG. LIB. EPAPHRODITO
MAGISTRO. IATROLIPTAE. PVERORVM
EMINENTIVM. CAESARIS. N̄
QVI. VIX. ANNIS. XXX. CONIVGI
NICOPOLIS. CAESARIS. N̄. ET
SOTER. FILIVS. PATRI..... MERENTI
FECERVNT. ET. SIBI. ET. SVIS. LIB.
LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM

Ex Libro MS. Bibl. Vatic n 2542. cujus pleraeque Inſcriptiones deſcriptae ſunt manu Aldi Manutii.

1. IATROLIPTAE. Lege IATRALIPTAE; *Medico Unctori*. Cujus meminit Plinius in Epiſtola 6. & 7. Lib. X. PVERI. EMINENTES, ſunt *pueri nobiles;* qui, ut ait Zoſimus Lib. II. de nobilibus pueris adhibitis in ludis Secularibus Romanis ad canendos Hymnos in honorem Deurum, τὺς γονεῖς ἐχοντες περιόντας, *parentes habent eminentiores*; quique ab Horatio Carm. Lib. IV. Od. 6. *puerique claris patribus orti* dicuntur. Ita Vellejus Paterculus frequenter utitur hac voce, quum Ciceronem, Hortenſium, Craſſum, Catonem, alioſque ſummos viros *eminentium ingeniorum* laude condecorat; appellatque Liviam Auguſtam genere, probitate, forma Romanarum *eminentiſſimam*. Fuerunt, ut hodie, in aula magnorum Principum, & Regum nobiles pueri, qui omni ſtudio, & cultu educabantur. Imperante Aelio Hadriano Auguſto, Magiſter Iatralipta Puerorum eminentium fuit P. Aelius Epaphroditus, qui gymnicis exercitiis, oleo, & unguentis eorum valetudinem tuebatur. Fortaſſis ſcriptum in lapide IATRALIPTARVM.

Romae,

Romae, in Horto Sabuntianorum Tranſtiberim.

2

D . M
EVTYCHES. AVG. LIB. CVBI
CVLARIVS. HELLADIO. AVG. LIB
DECVRIONI. CVBICVLARIORVM
PATRI. DVLCISSIMO. BENEME
RENTI. ET. SIBI. ET. CONIVGI. ET. LIBERTIS
LIBETABVSQ. POSTERISQVE
EORVM

Vidit, & exſcripſit Donius.

Romae, in Via vulgo (de' Pantani)

3

D . M
T. FLAVIO . NYMPHIDIO
V. A. III. M. IX
PELORVS. AVG. LIB. A
COPIS. CASTR.
ET. FLAVIA. NYMPHE
FILIO. KARISSIMO. FECERE
SIBI. SVIS. LIB. LIB. Q. POSTQ. EOR

Idem exſcripſit, & vidit.

Romae, apud Octavianum Cittadinium.

4

DIS
MANIBVS
SACR
L. VITVRIO
L. LIBER
PRAECONI
L. VITVRIVS.
L. LIBERTVS
NOMENCLA
TOR. AVG
FEC. IN. F
P. IIS IN
AG. P. IIIIS

Idem exſcripſit, & vidit.

2. DECVRIONI. CVBICVLARIORVM. Decurionis Cubiculariorum meminit Suetonius in Domitiano c. 17. qui, ut Laevinus Torrentius interpretatur, ad militiae ſimilitudinem, parti alicui Cubiculariorum praeerat. Fuere praeterea Praefecti Cubiculariorum, qui ſupra omnes Cubicularios officii dignitate, & poteſtate praeſtabant. Vide quae adnotavimus ad Titulos Libertorum, & Servorum Liviae Auguſtae n. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

3. PELORVS. AVG. LIB. A COPIS. CASTR. Id eſt; *Pelorus Auguſti libertus a Copiis Caſtrenſibus*. Hujus officii ſingularis eſt mentio in hoc lapide. Ex Gruteriano Theſauro cognita ſunt officia Libertorum Domûs Auguſtae. A COPIIS MILITARIBVS. DLXXXVIII. 6. A SVPELLECTILE. CASTRENSI. DLXXX IO. A TABVLARIO. CASTRENSI. DLXXIIII I. qui in Caſtris ea quae opus erant militibus curabant. Tiberii Claudii Caeſaris Libertum Fauſtum produxit Fabrettus Inſcr. ant. Cap. X. n. 279. cujus officium fuit A COPIIS. MILITARIBVS.

4. NOMENCLATOR. AVG. Praeconibus tum in Domo Auguſta, tum in privatorum familiis perbelle junĉti Nomenclatores, ut obſervat Pignorius de Servis pag. 134. quorum munus fuit nomina calare, ſuggerere, notare, quum memoria valde praeſtarent. De Hadriano ſcribit Spartianus, nomina plurimis ſine nomenclatore reddidiſſe; & nomenclatores ſaepius errantes emendaſſe.

In Aede

In Aede S. Firmi, Agri Vicentini.

5
VATERNIAE. C. F. CALPVRNIAE. SEMNAE
QVAE. VIXIT. ANNVM..... ET. MENSES. II
C. VATERNIVS. CALPVRNIVS. LVCRETIANVS
PROC. AVG. PATER
FACIVNDVM. CVRAVIT

Ex Schedis Bibliothecae Vaticanae.

Via Nomentana, prope D. Agnetis.

6
CINERIBVS
GEMELLAE. TORQVATAE
ORNATRICIS. AVGVST
SEX. SERVILIVS. TORQVA
TVS. DISPENSATOR
H. M. F. ET. SIBI
DEDIC. K. IVNIAS
SEX. GLABRIONE. ET. C. OMOL
LO. VERIANO. COS

Ex Schedis Manut. Bibl. Vatic.

6. Fabrettus Reinesio, viro in tota antiquitate exercitatissimo, & doctissimo, plus nimio insensus, elegantissimum hunc lapidem ex ejus Classe IX. n 61. vulgavit Cap. IV. n. 241. supplumque fecit eruditis, quod Reinesius Pyrrho Ligorio commentitio scriptori, ex cujus apographo edidit, fidem adjunxerit. Sed Manurii auctoritas, & testimonium, qui sua tempestate vidit, & exscripsit, genuinae inscriptioni, & Ligorii fidei favet, iremque Reinesium a credulitatis nota liberat. Manius Acilius Glabrio, & M. Valerius Homullus, sive ut in pluribus lapidibus scriptum est, Omullus Verianus, Consules fuere anno U. C 904. Christi vero 151. ex Relandi Fastis. At heic variant Consulum praenomina. Forrassis & haec sibi assumpserunt. De Ornatricibus ancillis vide, si volupe tibi est, quae adnotavimus in Titulos Servorum, & Libertorum Liviae Augustae, & Caesarum.

Romae, apud Canonicum Fedinium.

7



Vidit, & Deſcripſit Donii Amanuenſis.

Romae, in Via Flaminia, non procul ab Arcu Triumphali.

8



Ex Libro Vet. MS.

In Bibliotheca Card. Carpenſis.

9



Ex Schedis Manur. Bibl. Vaticanae.

7. Integra prima linea mancam, & mendoſam hanc inſcriptionem edidit Sponius in Miſcellaneis Sect. VI. pag. 207. Officium A COGNITIONIBVS DOMNICIS, h. e. *Domicis*, Circenſes decurſiones reſpexiſſe arbitratur Fabrettus, ad Tabellam Iliadis pag. 337. & Inſcr. ant Cap. IV. pag. 274.

9 In hoc pereleganti Titulo, nunc primum antiquariae ſupellectili additο, declaratur officium Virgilii, ſervi P. Virgilii [fortaſſis P. Virgilii Maronis Latinorum Poetarum principis] AD . LYCHN . ſcilicet *ad Lychnum*, vel *Lychnos*, ſeu potius *ad Lychnuchos*. Sidonius lib. VIII. ſcribit Calpurniam Plinio viro ſuo legenti, & meditanti candelas, & candelabra tenuiſſe; in qua laudanda totus eſt Plinius in epiſt. 19 Lib. IV. ad Hiſpullam Calpurniae matrem. Sed de Lampadariis Servis, & ad Lychnos, ſeu Lychnuchos alibi, Deo favente, copioſe erit dicendi locus.

Romae,

Romae, apud Franciſcum Brachianeuſem Statuarium.

10

D . M . S

PHAON . ET . EPICTE

SIS . AVG . LIB

CVM . PHAONTE . ET . EPICTESI

FILIIS . FECERVNT . SIBI . VIVI

ITEM . LIBERTIS . LIBERTABVSQ.

SVIS . POSTERISQVE . EORVM

Vidit, & exſcripſit Donius:

In Horto Sabuntianorum Tranſtiberim.

11

P . AELIVS . MNE

SITHEVS . AVG .

LIB . ET . AELIA

FATIS ☌ COIVX

EIVS . HIC

CONDITI

☋ SVNT ☌

Idem vidit, & exſcripſit.

Urbini, in Eccleſia Cathedrali, ſub Altari.

12

D — M

SECVNDI | OCTORBIS

VERNAE | SECVNDINAE

VICARII | VERECVN

DIS . VRV | VIL . AB . ALIM

Ex Libro vet. MS.

Romae, in S. Johanne ante Portam Latinam.

13

O S S A

ELEGANTIS, AVG

L . MENSORIS

IVLIA . ARESCVSA

L . EIVS

Ex Adverſ. Ach. Statii.

Romae, apud Benedictum Egium.

14

EVTRAPELI . TI . CLAVDI . CAES .

TABVLARI A VESTE SCAENICA

OLLAS . II.

Ex iiſdem Adverſariis.

12. DIS . VRV . Ideſt: *Diſpenſatoris Vrvinatium* . VIL . AB . ALIM . *Vilici ab alimentis*. In Gruteriana Gaza p. MXXXIII . 9. deformata haec eſt inſcriptio, & confuſis verſibus. *Erutus*

Erutus in Via Appia.

15

C. IVLIVS. EVPHRO
SYNVS. AVG. PLVMA
RIVS. H. S. E

Donio dedit Iſaac Voſſius.

In Coemeterio Priſcillae.

16

D M
CHRYSEROTI. DISP.
MVMMIAE. VITVLAE
VRBICA. CONIVX
B. M. F

Ex antiquo MS.

Romae, in Horto Sabuntianorum.

17

D M
SEDATI
TI. CL. SECVN
DINI. PROC
AVG. TABVL.
